LA specie osservata e descritta da Linneo appartiene piuttosto alla nostra descritta più sotto al num. 79. come si potrà ivi vedere, e questa da noi in questa Tavola rappresentata si crede una varietà di quella. Questo *Pappagallo* appunto, cioè di color verde col collare rosso, fu portato dall' Indie in Europa per testimonianza di Plinio al tempo della spedizione di Alessandro Magno, e per tal ragione è stato da diversi chiamato *Pappagallo d' Alessandro*. Le susseguenti osservazioni hanno fatto vedere, che la patria di questo sia la China, Bengala, e l' Etiopia. L' Jonston dice, che ritrovisi anco nell' Isola Spagnuola, e il Brisson in più altri luoghi dell' America.

SPecies a Linnaeo observata, ac descripta potius ad speciem infra a nobis descriptam num. 79. pertinere videtur, quam loco indicato vide; ea vero, quae a Tabula hac nostra ostenditur, illius tantum varietas videtur.

Psittacus *hic torquatus* [*scilicet totus viridis torque miniato*] *omnium primus in Europam ex India allatus fuit, ac Plinio teste, sub expeditione Alexandri Magni innotuit, ideoque ab aliquibus* Psittaci Alexandri *nomine insignitus fuit. In China, Bengala, atque Aethiopia habitare subinde compertus est. Teste Ionstono in Hispaniola etiam Insula reperitur, & Brissonii asserto in aliis Americae regionibus.*

T. CXXIV. B. -- 11. --

PAPPAGALLO, detto Parrucchetto, con collana, di capo e petto vinato. — *Pſittacus, Pſittacucula torquata, capite & pectore vinaceo dictus.*

IL *Pappagallo* di Bengala dell' Albino da noi deſcritto al num. 77. e l'Indiano noſtro col collare nominato al num. 76. non differiſcono gran coſa da queſto. Senza dubbio alcune varietà non da altro procedono, che dalla diverſità del ſeſſo, e da altre caſualità, e perciò non meritano di eſſer regiſtrate tra le ſpecie reali, o legittime.

PSittacus *Bengalenſis Albini a nobis ſub num. 77. deſcriptus, atque torquatus Indicus noſter num. 76. non multum ab hoc ipſo abludunt. Varietates ſane plures a ſexu aliiſque accidentibus emergunt, quae diſtinctas ſpecies efficere vix poſſunt.*

T. CXXV. B. -- 16. --

PAPPAGALLO, detto Parrucchetto d' America, tutto verde, di coda lunga, — *Pſittacus, Pſittacula Americana dictus, totus viridis macrourus.* — *Pſittacus minor macrourus totus viridis* Aldrov. Willugh. Rai. & Sloan. — *Pſittacus minor viridis, cauda producta* Brown. — *Pſittacus minor viridis, cauda longiore* Edw. — *Pſittaca* Briſſ. ſp. 54. — *Pſittacus* rufiroſtris *macrourus viridis, roſtro pedibuſque rubris, rectricibus apice caeruleſcentibus* Linn. Syſt. Nat. ſp. 13.

DIce il Ximenes, che nell' Iſola Spagnuola ſi trova una gran quantità di *Pappagalli* verdi macchiati di roſſo, o di color di porpora, e ve ne ſono de' grandi, de' mezzani, e de' piccoli. I maggiori ſon chiamati in Indiano *Higuarae*, i quali differiſcono dagli altri per avere una macchia bianca alla radice del becco, e queſti quando vengono inſtruiti rieſcono molto parlatori. I mezzani ſono chiamati *Xaxavis*, e ſono di un verde più carico, e pochiſſimo tramezzati da penne di altro colore. Queſti ſono più inquieti, e collerici, continovamente gracchiano, e mai non imparano a parlare. Dieci di queſti aſſaltano, e mettono in fuga cento de' maggiori, eſſendo fra di loro una nimicizia continua. I piccoli ſono muti, e più degli altri manſueti.

IN Hiſpaniola Inſula, inquit Ximenes, innumeri ſunt Pſittaci *virides rubro vel purpureo maculatos, maiores, minores, & minimi. Maiores ab Indis dicuntur* Higuarae, *qui in eo diſcrepant ab aliis reliquarum Inſularum, quod maculam albam ſupra roſtrum geſtent, & valde loquaces ſint ſi humanos inſtruantur ſermone. Minores autem dicuntur* Xaxavis, *qui intenſius virideſcunt, pauciſque miniatis plumis interſtinguuntur. Hi inquieti, turbulenti, mordaciores, iracundiores, & garruli ſunt, ſed humanis loqui vocibus nunquam diſcunt. Decem ex his invadunt & fugant centum* Higuararum, *ſive maiorum, cum quibus nulla eſt pax. Minimi ſilent, & pacatiores ſunt.*

T. CXXVI. B. -- 9. --

PAPPAGALLO, detto Parrucchetto, verde ſcuro, con la fronte roſſiccia. — *Pſittacus Pſittacula dictus, ex fuſco viridis, fronte rufeſcente.*

IL Braſile è la patria di queſto, dove vive in compagnia d'altri molti della ſua ſpecie, ed ivi è chiamato *Maitaccha*. Tra i *Pappagalli* molti ve ne ſono, che non ſolo imitano l' uomo nella voce, ma ſuperano di gran lunga gli altri uccelli tutti nell' ingegno, come ſi può rilevare da molte iſtorie riportate intorno a ciò dall' Aldrovando, dal Geſnero, e dall' Ionſton. A voler che facilmente ed eſplicatamente imparino a parlare, biſogna inſtruirli prima che abbiano paſſato i due anni. I più infingardi ſono inſtruiti a forza di eſſer battuti con una verghetta di ferro ſul capo, eſſendo duri di ſenſo. Le femmine tutte d' ogni ſpecie, ſiccome i *Pappagalli* delle ſpecie minori, e tra i maggiori le *Arare*, non ſono, che raramente loquaci. I piccoliſſimi poi ſon muti ſempre.

HAbitat in Braſilia, ubi turmatim volat, diciturque ab incolis Maitaccha. Pſittacorum *plurimi non ſolum humanam vocem imitantur, verum etiam ingenio aliis omnibus Avibus excellunt, ut hiſtoriis & exemplis permultis probat Aldrovandus, Geſnerus, & Ionſtonus. Facilius accipiunt verba, & articulate fere omnia pronunciant, ſi eos intra alterum aetatis annum docueris. Segniores ferrea in caput verberantur virgula, aliter ictus non ſentiunt propter duritiem.* Pſittacorum *omnium foeminae, pariterque ſpecies minores, & maiores,* Ararae *dictae, raro, vel nunquam humanas reddunt voces; minimi autem certo nunquam.*

T. CXXVII. B. –. 6. 2.

PAPPAGALLO, minore, o Parrucchetto, con la ſommità del capo blù, e la fronte gialla. — *Pſittacus, Pſittacula dictus, vertice caeruleo, fronte lutea.*

ALla campagna ſi cibano i *Pappagalli* d' ogni ſpecie di frumento, e di legume, ma particolarmente di ſeme di Cartamo, detto da noi volgarmente *Grogo*, che gl' ingraſſa, tuttochè a riguardo dell' uomo ſia purgativo; parimente non recuſano qualunque frutto tanto di ſcorza tenera, che dura. Nell' Iſola di Banda ſono molto avidi delle Noci moſcade. Gli addomeſticati poi mangiano tuttociò che venga loro dato, come pane e carne, e ſoprattutto gradiſcono lo zucchero. Bevono acqua, ma più volentieri aſſai il vino, per il di cui uſo non ſolo divengono laſcivi, e più loquaci del ſolito, ma non diverſamente che gli uomini s' imbriacano ancora.

VIctus Pſittacis *adhuc feris, frumentacea omnia ſemina, & legumina ſunt, praeſertim ſemen Carthami, vulgo apud nos* Grogo, *quo pingueſcunt, cum homo purgetur, fructus inſuper omnigeni, cum molli tum duro cortice tecti. In Inſula Banda ad Nucem etiam myriſticam avide advolant, Cicuribus vero quidquid porrigitur, caro, panis, ſaccharum imprimis. Bibunt aquam, ſed vinum multo libentius, cuius potu non ſolum laſcivi, & ſolito loquaciores redduntur, ſed & humano inebriantur more.*

T. CXXVIII. B. -- 13. --

PAPPAGALLO detto Parrucchetto nero del Madagaſcar, — *Pſittacus Pſittacula nigra Madagaſcarienſis dictus. — Pſittacus ex nigro caeruleus roſtro breviſſimo* Klein. — *Pſittacus Madagaſcarienſis niger* Briſſ. ſp. 53. Gall. *Perroquet noir de Madagaſcar.* — Angl. *Blak Parrot from Madagaſcar.*

VEruno de' *Pappagalli* è di carne buona a mangiarſi, eſsendo nera, e di cattivo ſapore. Vero è che l' Imperatore Eliogabalo diede alcuna volta a' ſuoi commenſali de' capi di *Pappagallo*, ma ciò non fu fatto per ragione di guſto, ma per luſſo, e divertimento, eſsendo egli dietro al luſso perduto, e di null' altro trovandoſi contento ſe non delle rarità, delle coſe nuove, e di ſommo prezzo, ſecondo che c' informa Lampridio. Per queſta medeſima ragione vedevanſi ſulle menſe di queſto Imperatore anco delle fiere, come Leoni, Pantere, e altre. Siamo per altro accertati da diverſi, che gli Americani un tempo fa gli mangiavano, mentre dagli Orientali erano ſoltanto apprezzati come ſacri.

NUllius Pſittacorum *caro eſt edulis, nam & atra eſt, & guſtus iniucundi. Heliogabalus capita ipſorum in conviviis exhibuit, non guſtus cauſſa, ſed luxus, & oblectamenti apparatu, cum in luxu perditiſſimus eſſet, nihilque niſi rarum, novum & pretioſum ſibi placeret, teſte Lampridio; hac ipſa de cauſſa Leones, Pantherae, aliaque fera animalia in eiuſdem conviviis imponebantur. Apud Occidentales tamen in cibo uſum olim habuiſſe, apud Orientales vero ſacros exiſtimatos Pſittacos fuiſſe a nonnullis intelligimus.*

T. CXXIX. B. -- 10. ½

PAPPAGALLO minore, o Parrucchetto dell' Indie Orientali col capo turchino. — *Pſittacus minor, ſive Pſittacula, Orientalis, capite ex caeruleo violaceo.* — *Pſittaca cyanocephalos* Briſs. ſp. 70. — Gall. *Perroquet ou Perruche a tête bleue.*

LE penne de' *Pappagalli* ſono in grande uſo appreſso gl' Indiani. Di eſse ne formano diverſe figure, e pitture, farfalle, fiori, erbe, cappelli, e parati, inoltre le rapportano, e le teſsono nelle robe de' loro veſtimenti, degli ſtrati, e tappeti, ſiccome oltre a molte altre galanterie, e utenſili ancora, che con eſse ſanno formare, o con eſſe abbelliſcono, ſe ne ſervono per ornato delle loro ſcimitarre, e cimieri.

INdis Pſittacorum *pennae in magno ſunt uſu. Ex his imagines varias, papiliones, flores, herbas, pileos, & periſtromata conficiunt; veſtes, aulaea, & tapetes contexunt; enſes & clypeos exornant, aliaque utenſilia miro artificio conficiunt, vel exornant.*

T. CXXX. B. --. 11. --.

PAPPAGALLO minore, o ſia Parrucchetto, dell' Iſola di Lucon — *Pſittacus minor, ſive Pſittacula, Lucionenſis* - — *Pſittacus Lucionenſis, Incolis Kilakil* Briſſ. ſp. 41. — Gall. *Perroquet de l' Isle de Luçon.*

† T. CXXXI. B. --. 7. 1.

PAPPAGALLO detto Parrucchetto col ciuffo del Meſſico. — *Pſittacus Pſittacula Mexicana criſtata dictus:* — *Pſittacus collo rubro, plumis in capite purpureis* Klein. — *Avis de cocho, Pſittaci ſpecies, Mexicana, vario colore* Seb. *cum icone, licet non ſatis accurata.* — *Pſittacula Mexicana criſtata* Briſſ. ſp. 95. — Gall. *Petite Perruche hupée du Mexique*

† T. CXXXII. B. --. 10. --.

PAPPAGALLO minore, o ſia Parrucchetto col capo roſſo del Regno di Gingì. — *Pſittacus minor, vel Pſittacula Ginginiana erythrocephalos* - — Gall. *Perruche a tête rouge de Gingì.*

TRovaſi nel Regno di Gingì nell' Indie Orientali. Un' altra ſpecie che trovaſi parimente in queſto paeſe ſi vedrà deſcritta al num. 88.

HAbitat in Ginginiano Regno in India Orientali. Alia eiuſdem Regni ſpecies videatur infra ſub num. 88.

T. CXXXIII. B. --. 5. --.

PAPPAGALLO piccoliſſimo con la fronte, e la gola roſſa. — *Pſittacus minimus fronte ac gula rubris* — *Pſittacus viridis minimus fronte & gula rubris* Friſch. & Klein. — *Pſittacus minimus* Cluſ. & Auct. *ac* Nieremberg. — *Pſittacus puſillus viridis Aethiopicus* Rai. — *an Pſittacula Guineenſis* Briſſ. ſp. 85. — Gall. *Petite Perroquet verd des Indes Orientales; ou Perruche de Guinée.* — Angl. *Little red-headed Parrakeet; Guinea Perroquet; Smalleſt green and red Indien Perroquet; Small green Perroquet from Eaſt-India.*

FOrſe è una varietà di quella ſpecie detta da Linneo *Pappagallo pullario* ſp. 35. mentre queſt' Autore non diſtingue il minimo del Cluſio, che ſi crede queſto noſtro, dal ſuo in tal maniera detto. La ſpecie propria Linneana ſi troverà deſcritta al num. 111. Il *Pappagallo* piccolo verde, e femmina, d' Etiopia del Raio, differiſce dal maſchio per la fronte più sbiadita di colore, e per il bordo delle ali giallo. Il noſtro fu portato dall' Iſola di S. Tommaſo.

AN Pſittaci pullarii *Linn. ſp.* 35. *varietas? Linnaeus enim minimum Cluſii, qui noſtrae hic deſcriptae ſpeciei reſpondet, a ſuo pullario non diſtinguit. Linnaeana ſpecies videatur infra ſub num.* 111. *deſcripta.* Pſittacus *puſillus viridis Aethiopicus foemina Rai diſcrepat a mare capite anterius non ita vivide rubente, & marginibus alarum luteis. Noſter ab Inſula S. Thomae delatus fuit.*

T. CXXXIV. B. --. 4. 2.

PAPPAGALLO piccoliſſimo con la fronte, e la groppa roſſa. — *Pſittacus minimus fronte ac dorſo inferiore rubris.* — *Pſittacus minimus viridis & ruber Indicus* Edw. — *Pſittacula Indica* Briſſ. ſp. 86. — *Avicula Cechini* Aldrov. — *Pſittacus* Galgulus *brachyurus viridis, uropygio pectoreque coccineis, vertice caeruleo* Linn. Syſt. Nat. ſp. 36. — Gall. *Petite Perruche des Indes, ou Perroquet Indien verd & rouge de la plus petite eſpece.*

DA Linneo è ſtato dato a queſta ſpecie di *Pappagallo* l' epiteto di *Galgulo*, o ſia *Rigogolo*, perchè ha il coſtume di dormire come quello con un piede alzato. Non arriva alla grandezza di una *Paſſera*, e quello, che fu deſcritto dall' Aldrovando gli era ſtato mandato dall' Iſola di Malacca da Martino Cechini di Ravenna, che trovavaſi a viaggiare in quelle parti, e di particolare aveva il becco, e i piedi bianchicci. Che anche in queſta ſpecie ſi

ALinnaeo Pſittacus Galgulus *dicitur, quia pede altero ſuſpenſo dormit* Galgulorum *more. Magnitudine* Paſserem *non adaequat, & qui ab Aldrovrando deſcribitur, miſſus illi fuit ex Malaca Inſula a Martino Cechino Ravennate illuc peregrinante, & roſtro, pedibuſque erat candicantibus. Varietates aliquas huius dari comper-*

dieno

dieno delle varietà è cosa manifesta. Quello descritto da Linneo differisce per il petto cremisi, e la sommità del capo celeste. E' credibile però, che una tal varietà nasca particolarmente dalla diversità del sesso.

pertum habemus. Qui a Linnaeo describitur, pectore coccineo, ac vertice caeruleo praecipue differt; huiusce modi vero varietatem a sexus diversitate pendere credibile est.

† T CXXXV. B. —. 10. —.

PAPPAGALLO minore verde e cremisi d'America — *Psittacus minor e coccineo viridis Americanus* — *Psittacus viridis minor occidentalis* Edw. — *Psittacus* autumnalis *brachyurus viridis, fronte remigumque macula coccinea, vertice remigibusque primoribus caeruleis* Linn. Syst. Nat. sp. 31. — *Psittacus Americanus* Briss. sp. 40 — Gall. *Perroquet d' Amerique* — Angl. *Lesser green Parrot*.

NElla grandezza si accosta appresso a poco a quella di un Piccione.

Columbam magnitudine circiter aequat.

37. PAPPAGALLO detto Arara di Giammaica. = *Ara Iamaicensis*. Briss. sp. 2. *Idem est ac Brasiliensis a nobis dictus* Tab. CII. *& in Guiana, Brasilia, & Iamaica habitat.*
38. PAPPAGALLO detto Arara blù, e gialla di Giammaica. = *Psittacus, Ara ex luteo & caeruleo varia Iamaicensis dictus.* = *Ara Iamaicensis cyaneo crocea* Briss. sp. 3. = *Psittacus caeruleo luteus* Klein. = *Superioris, sive* Tab. CII. *varietas, reputaturque eius foemina.*
39. PAPPAGALLO detto Arara di color vario dell' Isole Mollucche. = *Psittacus Ara Moluccensis varia dictus.* = *Ara Moluccensis varia* Briss. Sp. 5. = *Psittacus Orientalis exquisitus Loeri dictus* Seb. cum accurata Icone, *licet perperam ibi depictus cum digitis tribus anticis.* = *Psittacus capite nigro collari viridi, Loeri dictus* Klein. = *Longicaudus est, superne saturate cyaneus, inferne saturate viridis rubro variegatus, capite superne nigro, collo superiore torque viridi ex rubro cincto, collo inferiore & pectore dilute rubris, rectricibus viridibus subtus rubris, marginibus nigricantibus.* = *Crassitie Columbam domesticam maiorem, sive Romanam circiter aequat.*
40. PAPPAGALLO detto Arara verde del Brasile descritto dal Brisson. *Ara Brasiliensis viridis* Briss. sp. 6. = *Psittacus* feverus *macrourus viridis, genis nudis, remigibus, rectricibusque caeruleis subtus purpurascentibus* Linn. Syst. Nat. sp. 5. = *Plurimum cum specie sub* Tab. CI. *depicta convenit, si non eadem. Synicipite insignitur, & taenia utrinque secundum maxillam inferiorem castaneo purpurascentibus; vertice caeruleo, marginibus alarum coccineis, calcaneis rubro circumdatis; genis nudis, candidis, lineis plumosis nigris striatis; rectricibus superne in exortu viridibus, apice caeruleis, subtus obscure rubris; oculorum Iridibus, rostro, & unguibus nigris, pedibus vero fuscis. Longitudo bujus ab apice rostri ad caudam extremam unum pedem Parisiensem, & quinque pollices aequat.*
41. PAPPAGALLO detto Arara verde, e rossa del Brasile. *Psittacus Ara Brasiliensis ex viridi, & rubro varia. Ara Brasiliensis Erythrochlora* Briss. sp. 7. = *Maracana Brasiliensibus* Marcgr. Willughb. = *Maracana Ararae, id est Macai species minor* Rai. = *Psittacus minor prolixa cauda, maculis flammeis conspersus* Barr. = *Columbam domesticam maiorem crassitie adaequat, & in Iamaica, Guiana, & Brasilia habitare dicitur. Saturate viridis est macula in sincipite fusca, vertice viridi caerulescente, macula in alarum exortu miniacea; genis nudis, candidis, lineis plumosis nigris striatis; rectricibus superne prima medietate viridibus, altera cyaneis, subtus saturate rubris. Rostro nigro, pedibus fuscis.*
42. PAPPAGALLO detto Cacatua tutto bianco. = *Psittacus Cacatua tota alba dictus.* = *Cacatua* Briss. sp. 8. = *Psittacus albus cristatus* Aldrov. Ionst. Charlet. Willugh. Rai. & aliorum. = *Kakatoeha tota alba* Klein. = *Est varietas tantum nostri* Tab. CXVII. *Toto corpore & crista niveus est, remigibus tamen maioribus, & rectricibus lateralibus interius prima medietate sulphureo colore imbutis; rostro, pedibus, unguibusque nigris. In Moluccis habitat.*
43. PAPPAGALLO cremisi dell' Isola di Ceram, con le ale e la coda di diversi colori. *Psittacus Ceramensis coccineus, remigibus, rectricibusque varie pictis.* = *Psittacus coccineus, alis ex nigro & viridi variis* Willugh. = *Psittacus coccineus Orientalis, alis ex viridi & nigro variis* Rai. = *Psittacus purpureus* Charlet. = *Lory* Rai. = *Noyra* Clus. Ionston. Nieremberg. = *Psittacus rufus, femoribus aliisque viridibus* Frisch. & Klein. = *Lorius Ceramensis* Briss. sp. 13. = *Psittacus* Aurorae *brachyurus coccineus, alis viridibus nigrisque, rectricibus flavis medietate postica virescentibus* Linn. Syst. Nat. sp. 22. = *Hic Turturem crassitie adaequat* Brissonii *sententia, & rostro donatur rubro, pedibus fuscis.* Raius *idipsum describit rostro flavo.* Linnaei *vero iudicio Turdum non superat. Ergo huius plures observantur varietates, sive plures quae exstant diversae species ab Auctoribus perturbantur.* = *A* Brisonio *Psittacus rufus, femoribus aliisque viridibus* Frischii *non seiungitur a suo* Ceramensi; Linnaeus *vero eumdem facit cum Psittaco suo* garrulo sp. 21. *qui dicitur* Psittacus brachyurus ruber, *genibus aliisque viridibus, rectricibus medietate postica caeruleis* Syst. Nat. sp. 21. = *Ceramensis* Brissonii *descriptione brevicaudus est, coccineus, rectricibus alarum superioribus minimis luteis, remigibus maioribus exterius superne viridibus, inferne cinereo albis, interius coccineis, apice saturate cinereo; rectricibus quatuor utrinque extimis superne primum coccineis, dein saturate violaceis, apice saturate viridibus. Ergo diversus a Moluccensi nostro* Tab. CVI *quem vide. Ergo Moluccensis noster idem ac* Garrulus *Linnaei.*

44. Pappagallo cenerino sbiancato con le ale e la coda rossa. = *Psittacus sordide albus ad cinereum vergens, alis & cauda rubris.* = *Psittacus erythroleucos* Aldrov. Willugh. & Charlet. = *Cacatua alis & cauda rubris* Briss. sp. 12. = *Psittacus erythroleucus brachyurus cinereus, uropygio, rectricibus remigibusque coccineis* Linn. Syst. Nat. sp. 19. *Gallinam crassitie adaequat, sordide albus, ad cinereum vergens, uropygio, remigibus, rectricibusque miniaceis; rostro nigro, pedibusque subnigris donatur.*

45. Pappagallo rosso e nero del Brasile. = *Psittacus e coccineo & nigro varius Brasilienſis.* = *Paragua* Marcg. Ionst. Willugh. & Rai. -- *Lorius Brasilienſis* Briss. sp. 17. = *Cum Columba maiori domestica magnitudine convenit, brevicaudus, capite, collo superiore, imo ventre, alis, & cauda nigris; coccineus in reliquis; rostro, pedibusque obscure cinereis.*

46. Pappagallo rosso con collana gialla, e coda porporina. = *Psittacus coccineus, collari luteo, cauda purpurascente.* = *Lorius torquatus Indicus* Briss. sp. 18. = *Psittacus capite cyaneo, collari luteo* Alb. & Klein. = *Brevicaudus ac Turturis crassitie; uropygio & imo ventre ex albo & roseo variegatus, rostro flavescente, pedibus cinereis, unguibus nigris. Brasiliam frequentat* Albini *iudicio; In India potius Orientali eum inveniri censet* Brissonius.

47. Pappagallo superiormente di color cremisi pieno, e di sotto di color violetto cupo d' Amboina. = *Psittacus superne saturate coccineus, inferne obscure violaceus Amboinenſis.* = *Lorius Amboinenſis* Briss. sp. 19. = *Psittacos omnes* Lorios *dictos crassitie superat. Brevicaudus est, ac rostro donatur obscure rubro, pedibus fuscis, unguibus nigris.*

48. Pappagallo di testa e petto giallo, di Giammaica. = *Psittacus capite & pectore luteis, Iamaicenſis.* = *Psittacus melanorinchos* Charleth. -- *Psittacus viridis melanorinchos* Aldrov. Willugh. Ioston. & Barr. = *Psittacus Iamaicenſis Ictherocephalos* Briss. sp. 20. = *Psittacus viridis, & luteus Barbadenſis* Alb. = *Psittacum Guineenſem cinereum crassitie circiter aemulatur; brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens, syncipite & gutture caeruleo-viridibus, capite & pectore luteis, marginibus alarum, & tectricibus caudae inferioribus coccineis, rectricibus viridi-luteis; rostro, & unguibus nigris, pedibus fuscis. Conferatur Psittacus num. 62.*

49. Pappagallo col capo celeste del Brasile. *Psittacus capite caeruleo Brasilienſis.* -- *Psittacus Brasilienſis cyanocephalos* Briss. sp. 21. = *Aiuru-curuca* Rai. = *Aiuru-curuca Psittaci tertia species* Marcgr. = *Praecedentem crassitie adaequat, brevicaudus, viridis, capite superius caeruleo, nigro mixto, vertice & maculis infra oculos luteis, gutture caeruleo; rectricibus superne dilute viridibus, inferne viridi-luteis; rostro ad basim cinereo, ad apicem nigro, pedibus cinereo-caerulescentibus.*

50. Pappagallo verde e giallo dell' Isola di Barbados. = *Psittacus viridis & luteus Barbadenſis* -- *Psittacus viridis & luteus, capite cinereo Barbadenſis* Klein. -- *Psittacus Barbadenſis* Briss. sp. 22. = *Crassitie Columbam domesticam maiorem aemulatur, toto corpore luteus, sincipite dilute cinereo, remigibus intermediis prima medietate exterius rubris, rectricibus viridibus; rostro colore carneo imbuto, pedibus cinereis.*

51. Pappagallo verde, giallo, e celeste dell' Isola di Caienna. = *Psittacus viridis luteus, ac caeruleus Cayanenſis* = *Psittacus, subtus flavescens, superne ex viridi caeruleus* Barr. = *Psittacus minor viridis* Edw. = *Psittacus Cayanenſis* Briss. sp. 23. = *Psittacus* agilis *submacrourus viridis, tectricibus remigum primorum caerulescentium fulvis, cauda subtus rubra* Linn. Syst. Nat. sp. 15. Linnaeus *hunc -- magnitudine facit Coccothraustis*, Edwardus *vero*, & Brissonius *idipsum Columbae crassitie dicunt. Cauda constat parum elongata cuneiformi, rostro, pedibusque dilute cinereis, atque in Cayana, variisque Americae locis habitat.*

52. Pappagallo col capo rosso del Brasile. = *Psittacus capite rubente Brasilienſis. Psittacus Brasilienſis erythrocephalos* Briss. sp. 24. = *Tarabe Brasilienſibus* Marcg. Ionst. Willugh. & Rai. = *Magnitudine Columbam domesticam maiorem superat, brevicaudus; viridis capite, gutture, collo inferiore, pectore & tectricibus superioribus minimis alarum rubris; rostro pedibusque obscure cinereis.*

53. Pappagallo di coda rossa, o col collare, di Giammaica. = *Psittacus Iamaicenſis gutture rubro, sive torquatus.* = *Psittacus minor, collo miniaceo* Rai. = *Psittacus minor, collo, seu torque miniaceo* Sloan. = *an Xaxabes Oviedi?* = *Psittacus Iamaicenſis gutture rubro* Briss. sp. 25. = *Psittacus* collarius *brachyurus, viridis, collo rubente* Linn. Syst. Nat. sp. 34. *Articulate loquitur; cauda est lata, ac brevi; crassitie vero Columbam ferme adaequat.*

54. Pappagallo colla fronte bianca della Martinicca. *Psittacus fronte alba Martinicanus.* = *Psittacus Martinicanus* Briss. sp. 26. = *Psittacus* leucocephalus *brachyurus viridis, remigibus caeruleis, fronte alba* Linn. Syst. Nat. sp. 26. = *Psittacus leucocephalus* Aldrov. = *Psittacus viridis fronte alba, collo rubro* Frisch. = *Psittacus viridis, capite albo* Edw. = *Magnitudine cum Turture convenit* Brissonii *observatione, sincipite est albo, vertice caeruleo, rubris maculis vario, corpore viridi, medio ventre rubro mixto, genis, gutture, & collo inferiore coccineis, rectricibus lateralibus rubris, apice viridibus, rostro pallide carneo, pedibus saturate fuscis.*

55. Pappagallo della Martinicca con la gola rosa, o sia il Pappagallo descritto dall' Olina. = *Psittacus Martinicanus gutture rubro* Briss. sp. 27. = *Psittacus maior* Ionst. Willugh. & Rai. = *Psittacus maior albicans capite luteo* Barr. Histor. = *Synonimis a* Linnaeo Psittaco leucocephalo *appositis, hunc varietatem superioris esse apparet. Columbam domesticam maiorem magnitudine aequare dicit* Brissonius, *pennis in apice nigro marginatis; sincipite albo, collo inferiore dilute rubro, pennarum marginibus albis; ventre obscure purpureo; rectricibus quatuor utrinque extimis interius prima medietate rubris, altera luteis, viridi luteo terminatis, extima exterius caerulea; rostro pedibusque carneo colore imbutis, unguibus griseis. In Martinica non solum habitat, sed etiam in Guiana, & Iamaica.*

56. Pappagallo della Martinicca con la testa celeste. = *Psittacus Martinicanus cyanocephalos* Briss. sp. 29. = *Crassitie cum Columba circiter convenit, brevicaudus sincipite albo, vertice cinereo-caeruleo, ventre rubris maculis vario; rectricibus interius ex rubro & luteo notatis; rostro albo, pedibus griseis.*

57. Pappagallo con la testa turchina della Guiana. = *Psittacus Guianensis Cyanocephalos* Briss. sp. 28. = *Crassitie Turturem non multum antecellit, brevicaudus, viridis, pennis in collo superiore, & dorso supremo nigricantibus, in pectore caeruleo-violaceo marginatis, capite, gutture, & collo inferiore caeruleo-violaceis; rectricibus quatuor utrinque extimis interius prima medietate rubris, altera viridibus, caeruleo superne terminatis, tribus extimis superne exterius caeruleo-violaceis; rectricibus ex viridi caeruleis; rostro cinereo-nigricante, macula superius quadrata pallide rubra, pedibus carneis. In Guiana, aliisque Americae locis habitat.*

58. Pappagallo con la fronte rossa del Brasile. *Psittacus Brasilienſis fronte rubra* Briss. sp. 30. = *Idem ac Psittacus variegatus Brasilienſis noster* Tab. CXVI. quem vide.

59. Pappagallo del paese delle Amazzoni. = *Psittacus Amazonicus* Briss. sp. 31. = *Psittacus viridis, capite luteo fronte caerulea* Frisch. cum accurata Icone. *Psittacus viridis, capite croceo, fronte cyanea* Klein. = *Aiuru*. = *Curau Brasilienſibus* Marcgh. Ionst. Willugh. & Rai. = *Columbam domesticam maiorem crassitie circiter aequat, brevicaudus, viridis, sincipite caeruleo ad violaceum inclinante; vertice, genisque luteis, remigibus 5. intermediis exterius superne prima medietate rubris, rectricibus 3. utrinque extimis interius rubris, taenia transversa saturate viridi notatis, apice viridi-luteis, 4. extimis rubra macula utrinque exterius insignitis, rostro cinereo, pedibus cinereo-albis. In regione Amazonum, & Brasilia habitat.*

60. Pappagallo del Paese delle Amazzoni con la fronte gialla. = *Psittacus Amazonicus fronte lutea* Briss. sp. 32. = *Cum praecedente crassitie corporis, & caudae longitudine convenit; viridis syncipite pallide flavo, vertice, genisque luteis, taenia supra oculos caerulea, remigibus 4. intermediis prima medietate rubris, caudae utrinque extima caeruleo-violacea, tribus utrinque proximis rubra macula insignitis, rostro in exortu lutescente, apice cinereo, pedibus cinereo-albis, unguibus nigricantibus.*

61. Pappagallo del Paese delle Amazzoni con la gola gialla. *Psittacus Amazonicus gutture luteo* Briss. sp. 38. = *Psittacus viridis alius capite luteo* Frisch. -- *Psittacus capite, humeris, & femoribus luteis* Klein. = *Rostro est candicante, pedibus cinereo-albis, unguibus cinereis.*

61. * Pappagallo del Paese dell' Amazzoni variegato, o sia macchiato di giallo, e di rosso. = *Psittacus Amazonicus varius, sive ex luteo, & rubro maculatus. Psittacus maior viridis maculis luteis, & rubris* Frisch. cum accurata Icone. = *Psittacus viridis maior, maculis rubris, luteisque, fronte caerulea* Klein. = *Psittaci secunda species* Marcgr. = *Psittaci maioris, seu mediae magnitudinis* Marcg. sp. 2. Willugh. & Rai. = *Psittacus viridis maior occidentalis* Edw. = *Psittacus Amazonicus varius* Briss. sp. 37. = *Psittacus* aestivus *brachyurus viridis, fronte caerulea, humeris sanguineis* Lin. Syst. Nat. sp. 27. = *Crassitie Columbam Romanam, sive domesticam adaequat, rostro est nigro, vel cinereo, dorsi pennis luteo adspersis. Habitat in America, praecipue in Amazonum regione, & Brasilia.* = Linnaeus aestivum *eumdem facit cum Psittaco Olinae superius a nobis indicato num.* 55. *cum Psittaco viridi melanorhynchos Aldrov. num.* 48. *& viridi ac luteo Barbadense num. ipso* 48. *atque idem est ac noster* Tab. CXV. *depictus.*

62. Pappagallo del Paese delle Amazzoni meno macchiato di giallo e di rosso, della specie antecedente. = *Psittacus Amazonicus, minus speciei superioris ex luteo, ac rubro maculatus.* = *Psittacus Amazonicus Brasilienſis* Briss. sp. 35. = *Crassitie cum specie superiori convenit, rostro est cinereo, basi mandibulae superioris rosea, pedibus cinereo albis, unguibus nigricantibus. In Amazonum regione & Brasilia habitat.*

63. Pappagallo del paese delle Amazzoni, e della Giammaica del Brisson sp. 36. = *Psittacus Amazonicus Iamaicenſis* Briss. sp. 36. = *Cum Psittaco nobili* Linn. sp. 4. *convenit, atque idem est ac noster* Tab. CVIII. *sive Psittacus viridis alarum costa superne rubente* Aldrov. Ionst. Charlet. Rai. & Barr. *qui in Amazonum regione, Guiana, Brasilia, & Iamaica habitat.*

64. Pappagallo del Paese delle Amazzoni col becco variegato. = *Psittacus Amazonicus rostro variegato.* = *Psittacus Amazonicus poikilorynchos* Briss. sp. 34. = *Psittacus poikilorinchos* Aldrov. Ionston. Charlet. Willugh. & Rai. = *In hoc mandibula rostri superior ex viridi ad caeruleum, ad basim, inclinat, ad latera ochrae est colore, versus vero apicem taenia transversa candida notatur; mandibula vero inferior in medio lutescente, in circumferentia plumbeo colore tingitur.*

65. Pappagallo della China. *Psittacus Chienſis* Briss. sp. 39. = *Crassitie Gallinam mediocrem aemulatur, viridis, lateribus & tectricibus alarum inferioribus rubris, marginibus alarum caeruleis; oculorum iride vivide aurantia; mandibula superiore in exortu rubra versus apicem flavicante, mandibula vero inferiore nigra, pedibus nigris. Habitat tum in Sina, tum in Amboinenſi Insula.*

66. Pappagallo della Guadaluppa. = *Psittacus Aquarum Lupiarum Insulae* Briss. sp. 44. = *Columbam erasitie simulat, brevicaudus, superne viridis, inferne cinereo-caeruleſcens; capite & collo cinereo-caeruleſcentibus, viridi & nigro variegatis; alis viridibus luteo & rubro variegatis, cauda viridi.*

67. Pappagallo scuro del Messico, o della nuova Spagna. = *Psittacus fuscus Mexicanus, vel novae Hispaniae.* = *Psittacus fuscus Mexicanus* Edw. = *Psittacus novae Hispaniae* Briss. sp. 45. = *Psittacus* Sordidus *brachyurus subfuscus, gula caerulea, alis caudaque viridibus, rostro anoque rubris* Linn. Syst. Nat. sp. 18. = *Praecedentem crasitie circiter aemulatur, rostri basi lutea, mandibulae superioris medio nigro, reliquis rostri partibus coccineis; pedibus plumbeis, unguibus nigris. Habitat in Mexico & in illa Americae parte Hispania nova dicta.*

68. Pappagallo celeste della Guiana. *Psittacus Guianenſis caeruleus* Briss. sp. 46. = *Psittacus verſicolor, seu erythrocyanos* Aldrov. Willugh. & Rai. = *Psittacus violaceus* Barr. = *Psittacus caeruleocephalus brachyurus, capite, pectore, dorsoque caeruleis; ventre, uropygio, caudaque viridibus, vertice flavo* Linn. Syst. Nat. sp. 25. = *Ab Indis dicitur Kiankia. Columbam crasitie adaequat, rostro subnigro, pedibus cinereis.*

69. Pappagallo giallo del Messico, e del Brasile. = *Psittacus luteus Mexicanus, & Brasiliensis.* = *Psittacus lu-*

luteus Brisſ. ſp. 47. -- *Cum Columba domeſtica maiore craſſitie convenit, brevicaudus, luteus, marginibus alarum, & remigibus maioribus in medio rubris; roſtro, pedibus, & unguibus candidis.*

70. Pappagallo giallo dell' Iſola di Cuba. -- *Pſittacus luteus Inſulae Cubae* Briſ. ſp. 48. -- *Pſittacus mediominor, pectore & ventre rubello mixtis, vertice albo* Brown. -- *Pſittacus Paradiſi ex Cuba* Catesb. Klein. *Pſittacus* [*Paradiſi*] *brachyurus luteus, angulo abdominis, rectricibuſque baſi rubris* Lin. Syſt. Nat. ſp. 28. -- *Parumper Pſittaco Guineenſi cinereo* Tab. CXII. *craſſitie cedit; brevicaudus, luteus, pennis in apice rubro marginatis, gutture, collo inferiore, & ventre coccineis, remigibus maioribus albis, rectricibus lateralibus prima medietate rubris, roſtro, pedibus & unguibns albis.* -- *Huius certe varietas Pſittacus ſuperior 69.*

71. Pappagallo di Guinea con le ale roſſe. *Pſittacus Guineenſis alis rubris* Briſs. ſp. 49. variet. -- *A Pſittaco* Tab. CXII. *alis tantum rubro maxime variegatis diſcrepat. Hic aeque ac Pſittaci* Tab. CXII. & CXIII. *non articulate loquitur, ſed fortiter ſibilat, nonnullaſque animalium voces effingit.*

72. Pappagallo verde del Meſſico col petto bianco. -- *Pſittacus viridis Mexicanus pectore albo* Briſs. ſp. 42. *Pſittacus* [*melandcephalus*] *brachyurus viridis, ſubtus luteus, pileo nigro, pectore albo* Lin. Syſt. Nat. ſp. 33. -- *Turturem craſſitie circiter aemulatur; macula infra oculos viridi; genis & collo inferiore luteis; collo ſuperiore & imo ventre aurantiis, rectricibus viridibus; roſtro carneo colore imbuto, verſus apicem obſcuriore; oculorum pupilla nigra, iridibus ſaturate avellaneis; pedibus cinereo fuſcis, unguibus nigricantibus.*

73 Pappagallo cenerino del Braſile. -- *Pſittacus Braſilienſis cinereus* Briſs. ſp. 50. -- *Maracana Braſilienſibus* [*prima*] Marcg. Ionſt. Willugh. & Rai. -- *Magnitudine Guineenſem* Tab. CXII. *antecellit, brevicaudus, in toto corpore cinereo-caeruleſcens.*

74. Pappagallo ſcuro. -- *Pſittacus fuſcus* Briſs. ſp. 51. -- *Pſittaco Guineenſi nonnihil craſſitie cedit, brevicaudus, in toto corpore cinereo fuſcus; roſtro pedibus, & unguibus griſeo fuſcis.*

75. Pappagallo bruno. -- *Pſittacus nigricans.* -- *Pſittacus Maſcarinus* Briſs. ſp. 52. -- *Pſittacus* obſcurus *macrourus niger, genis nudis, vertice cinereo-nigreſcente vario, cauda cinerea* Linn. Syſt. Nat. ſp. 3. -- *In Africa habitare creditur.*

76. Pappagallo verde (feſtoſo) di coda corta, porporino in fronte, di color celeſte ne' ſopraccigli e nella gola, di color ſanguigno nel dorſo. -- *Pſittacus* (feſtivus) *brachyurus viridis, fronte purpuraſcente, ſuper ciliis gulaque caeruleis, dorſo ſanguineo* Linn. Syſt. Nat. ſp. 29. -- *Indicus eſt, magnitudine Columbae.*

77. Pappagallo verde di coda lunga, col becco bianco della Guadaluppa. -- *Pſittacus viridis, longicaudus Aquarum Lupiarum Inſulae* Briſs. ſp. 58. -- *Aiuru-catinga Braſilienſibus* Marcg. Ionſt. & Willugh. -- *Aiuru-Apara* Rai. -- *Magnitudine Pullum mediocrem adaequat. In Braſilia, & Aquarum Lupiarum Inſula habitat.*

78. Pappagallo minore della Guiana. -- *Pſittacus minor Guianenſis.* -- *Pſittaca Guianenſis* Briſs. ſp. 59. cum optima Icone. *Turturem craſſitie circiter adaequat, longicaudus, viridis, inferne dilutis genis rubro maculatis, calcaneis rubro circumdatis, tectricibus alarum inferioribus minoribus coccineis, maioribus luteis; rectricibus ſuperne ſaturate viridibus, inferne obſcure luteis; roſtro candicante apice cinereo.*

79. Pappagallo minore, giallo, d' Angola, e di Guinea, con la coda lunga biforcata. -- *Pſittacus minor Angolenſis & Guineenſis luteus, cauda longa forficata.* -- *Pſittacus Angolenſis* Alb. -- *Pſittacus croceus cauda longa, oculis in circulo rubris, extremis remigibus, & penna infima caudae caeruleis* Klein. -- *Pſittacus luteus cauda longa* Friſch. -- *Pſittaca Angolenſis lutea* Briſs. ſp. 76. -- *Pſittacus* [*Solſtitialis*] *macrourus luteus, alarum tectricibus viridibus, cauda forficata* Linn. Syſt. Nat. ſp. 7. -- *Turturis magnitudine, in excelſas arbores nidum ſtruit; turmatim volat, magnum voce edens ſtrepitum; arte manſueſcit, & humanas aliquas voces, ſive vocabula exprimere addiſcit.* Albini *figura parum accurata videtur, neque eiuſdem Auctoris deſcriptioni reſpondens.*

80. Pappagallo detto Parrucchetto d' America di coda lunga, col capo roſſo, e celeſte. -- *Pſittacus, Pſittacula Americana dictus, longicaudus, capite e coccineo-caeruleo.* -- *Pſittacus minor capite e coccineo caeruleo occidentalis* Edw. -- *Pſittaca Braſilienſis fronte rubra* Briſs. ſp. 62. -- *Tui-apute-iuba* Macgr. -- *Pſittacus* [*caniculari*] *macrourus viridis, fronte rubra, occipite, remigibuſque extimis caeruleis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 11. -- *Cum Pſittaco* Tab. CXXV. *magnitudine & forma convenit, excepto ſincipite coccineo, vertice caeruleo, cauda tota viridi, ac remigibus extimis caeruleſcentibus. In America habitat, ſignanterque in Braſilia.*

81. Pappagallo minore, o Parrucchetto con collana, dell' Indie. -- *Pſittacula torquata Indica.* -- *Pſittaca Indica torquata* Briſs. ſp. 56. -- *Pſittaculam* Tab. CXXIV. *craſſitie fere dupla antecellit, longicauda, dilute viridis, ad flavum inclinans, vertice viridi caeruleſcente, torque purpureo, gutture nigro, collo inferiore & pectore roſeis, rectricibus dilute viridibus ad flavum inclinantibus; mandibula ſuperiore aurantia, inferiore nigra; pedibus dilute cinereis, unguibus nigris.* -- *Videtur vera Linnaeana ſpecies Pſittaci Alexandri* Syſt. Nat. ſp. 9. *cuius varietas tantum eſt Pſittacus torquatus a nobis expreſſus* Tab. CXXIV. Linnaeus *pariter, aliique nec inſequentem num.* 80. *ab ipſo ſpecie diſtinxerunt.*

82. Pappagallo minore, o Parrucchetto con collana, di Bengala. -- *Pſittacus minor, ſive Pſittacula torquata Bengalenſis.* -- *Pſittacus Bengalenſis* Alb. -- *Pſittaca Bengalenſis* Briſs. ſp. 66. -- *Pſittaculam torquatam* Tab. CXXIV. *craſſitie paullulum antecellit, longicaudus, viridis, inferne ad flavum inclinans, vertice roſeo, occipitio caeruleo, gutture & torque nigris, macula in alis obſcure rubra; rectricibus ſuperne caeruleis, inferne obſcure flavicantibus, mandibula ſuperiore crocea, inferiore nigra, pedibus & unguibus cinereis* Briſsonii *obſervatione; Kleiniana vero deſcriptione dicitur ſub mento niger, capite rubro, cervice purpurea, pedibus caeruleis.*

83. Pappagallo minore, detto Parrucchetto con collana, dell' Iſola di Borbone. -- *Pſittacus minor, Pſittacula torquata Borbonica dictus.* -- *Pſittaca Borbonica torquata* Briſs. ſp. 57. cum icone. -- *Cum Turture craſſitie circiter convenit, longicaudus, viridis, inferne ad flavum inclinans, torque roſeo, taenia tranſverſa ſub*

gutture lutea, ad colli latera nigra, mandibula ſuperiore coccinea, apice nigricante, inferiore ad baſim obſcure rubra, ad apicem nigra, pedibus plumbeo colore infectis, unguibus nigris.

84. Pappagallo minore, dell' Iſola di Caienna .. -- *Pſittacus minor Cayanenſis.* -- *Pſittaca Cayanenſis* Briſs. ſp. 60. -- *Sturnum craſſitie non ſuperat, longicaudus, viridis, inferne dilutius, remigibus intermediis candidis apice luteo adumbratis; roſtro candicante, pedibus & unguibus griſeis.*

85. Pappagallo minore del Braſile. -- *Pſittacus minor Braſilienſis.* -- *Pſittaca Braſilienſis* Briſs. ſp. 61. -- *Cum Pſittaco torquato* Tab. CXII. *circiter convenit, longicaudus, viridis, inferne dilutius, & ad flavum inclinans, vertice vivide aurantio, collo inferiore viridi-flavicante rubro obſcuro mixto, remigibus intermediis caeruleis, roſtro nigro, pedibus rubeſcentibus, unguibus nigricantibus.*

86. Pappagallo verde minore, di coda lunga, con le ali roſſicce, e gola cremiſi, dell'Indie. -- *Pſittacus minor viridis, longicaudus, alis rufeſcentibus, gula coccinea Indicus.* -- *Pſittacula Indica* Briſs. ſp. 63. -- *Craſſitie Alaudam criſtatam non multum antecellit; roſtro, pedibus, & unguibus pallide carneis.*

87. Pappagallo minore, o Parrucchetto, della Carolina. -- *Pſittacus minor, vel Pſittacula Carolinenſis.* -- *Pſittacus capite luteo, fronte rubra, cauda longa* Klein. -- *Pſittacus viridis capite luteo, & fronte rubra* Friſch. *cum* ſatis accurata Icone -- *Pſittacus Carolinienſis* Catesb. & Klein. -- *Pſittaca Carolinenſis* Briſs. ſp. 67. -- *Pſittacus (Carolinenſis) macrourus viridis, capite, collo, genibuſque luteis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 8. -- *Pſittacum torquatum, ſive Pſittaculam* Tab. CXXIV. *craſſitie paullulum ſuperat, longicaudus, viridis, capite anterius, marginibus alarum, & calcaneorum ambitu aurantiis, occipitio, gutture & collo ſupremo luteis; remigibus maioribus in exortu luteis, dein viridibus, apice ad caeruleum vergentibus, rectricibus viridibus; roſtro albo luteſcente, pedibus & unguibus cinereo-albis. Varietas certe Pſittaci* Tab. CXXIII.

88. Pappagallo minore, o Parrucchetto del Regno di Gingì. -- *Pſittacus minor ſive Pſittacula Ginginiana.* -- *Pſittaca Ginginiana* Briſs. ſp. 64. cum Icone ſatis accurata. -- *Pſittaculam torquatam* Tab. CXII. *craſſitie non multum ſuperat, longicaudus, viridis, ad flavum inclinans, pauco rubro obſcuro in dorſo mixto, gutture & collo inferiore nonnihil ad cinereum vergentibus; tectricibus alarum ſuperioribus minoribus corpori finitimis obſcure rubris; tectricibus ſubtus pallide luteis; roſtro coccineo, pedibus rubeſcentibus, unguibus cinereis. Habitat in Regno Ginginiano in India Orientali.*

89. Pappagallo minore o Parrucchetto di coda lunga, verde, e macchiato di giallo. *Pſittacus minor, vel Pſittacula, macroura, viridis, aurantio colore maculata.* -- *Pſittacus viridis cauda longa malis croceis* Klein. & Friſch. cum accurata Icone -- *Pſittaca Illiniaca* Briſs. ſp. 68. -- *Pſittacus [pertinax] macrourus viridis genis fulvis, remigibus rectricibuſque caneſcentibus* Linn. Syſt. Nat. ſp. 10. -- *Tui Apute Iuba* Marcgr. Willugh. & Rai. -- *Apud Braſilienſes Tui idem ſonat ac Pſittacus minor, vel Pſittacula apud Latinos, atque* Parrucchetto *apud Italos. Merulam craſſitie circiter adaequat, ſuperne viridis, inferne viridi-luteus, ſincipite, genis & gutture aurantiis, collo inferiore cinereo-viridi, ventre maculis aurantiis vario, rectricibus ſubtus obſcure luteis, ſuperne viridibus, lateralibus interius dilute luteo marginatis; roſtro dilute cinereo, pedibus ſaturatius cinereis, unguibus fuſcis. In Braſilia, & Illinorum Regno habitat.*

90. Pappagallo minore, o Parrucchetto della Martinicca con la fronte, e la gola ſcura. -- *Pſittacus ſive Pſittacula Martinicana ſincipite & gula fuſcis.* -- *Pſittacus minor gutture fuſco occidentalis* Edw. -- *Pſittacus [aeruginoſus] macrourus viridis, vertice remigibuſque primoribus caeruleis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 12. -- *Pſittaca Martinicana* Briſs. ſp. 69. -- *Craſſitie cum praecedente convenit, longicaudus, ſuperne viridis, inferne viridi-luteſcens, roſtro cinereo, pedibus & unguibus cinereo fuſcis, fronte & gutture fuſcis, ſed colore fuſco ad fulvum inclinante. Habitat in Martinica, aliiſque Americae regionibus.*

91. Pappagallo minore, o Parrucchetto del Giappone. -- *Pſittacus minor, ſive Pſittacula Iaponica.* -- *Pſittacus erythroclorus macrourus* Aldrov. Willugh. Carlet. & Rai. -- *Pſittaca Iaponenſis* Briſs. ſp. 71. -- *Merulam craſſitie circiter adaequat, cauda longa, ſuperne viridis, inferne rubro tinctus, gutture ferrugineo ad ſubrubrum vergente macula utrinque ante, & pone oculos caerulea, remigibus intenſe caeruleis; rectricibus intermediis viridibus, lateralibus rubris; roſtro rubro, pedibus & unguibus nigerrimis,*

92. Pappagallo minore variegato d' Amboina. -- *Pſittacus minor Amboinenſis varius.* -- *Pſittaca Amboinenſis varia* Briſs. ſp. 72. -- *Superiorem paullulum craſſitie ſuperat, longicaudus, ſuperne viridis, capite anterius ſaturate caeruleo, collo ſuperiore torque luteo cincto, collo inferiore & pectore rubro-aurantiis, marginibus pennarum ſaturate caeruleis, ventre ſupremo ſaturate viridi maculato, rectricibus ſuperne ſplendide, inferne ſordide viridibus; roſtro ex albo flaveſcente, pedibus & unguibus nigricantibus.*

93. Pappagallo minore variegato dell' Indie Orientali. -- *Pſittacus minor Indicus varius.* -- *Pſittacus minor e coccineo viridis Orientalis* Edw. -- *Avis Paradiſiaca Orientalis vario colore elegantiſſima* Seb. -- *Avis Paradiſi Orientalis* Klein. -- *Buteo* Moerh. -- *Pſittacus [ornatus] maerourus luteo-viridis, occipite gula pectoreque rubris, vertice auribuſque caeruleis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 14. -- *Pſittaca Indica varia* Briſs. ſp. 73. -- *Merulam craſſitie adaequat, longicaudus, viridis, marginibus pennarum in dorſo & ad latera ventris luteis, capite ſuperius, & macula ad aures nigro-caeruleis, occipite, genis, gutture, collo inferiore, & pectore coccineis, marginibus pennarum in pectore viridi-nigricantibus, taenia utrinque longitudinali in collo lutea; roſtro dilute aurantio, pedibus & unguibus ſaturate cinereis.*

94. Pappagallo minore giallo del Braſile. -- *Pſittacus minor luteus Braſilienſis.* -- *Pſittaca Braſilienſis lutea.* Briſs. ſp. 74. -- *Qui Iuba Tui Braſilienſibus* Marcgr. Ionſton. Willugh. & Rai. -- *Guiaruba* Io. de Laet. -- *Magnitudine & craſſitie Merulae cedit, longicaudus, luteus, remigibus maioribus obſcure viridibus; roſtro griſeo, pedibus unguibuſque incarnatis.*

95. Pappagallo cremiſi dell' Iſola di Borneo. -- *Pſittacus coccineus Bonarum Fortunarum Inſulae.* -- *Pſittacus coc-*

coccineus cauda longiore Edw. -- *Pſittacus (Borneus) macrourus ruber, remigibus rectricibuſque apice viridibus, alis macula caerulea* Linn. Syſt. Nat. ſp. 6. -- *Pſittaca coccinea* Briſs. ſp. 77. -- *Craſſitie Merulam paullulum antecellit, coccineus, longicaudus, collo inferiore & pectore dilute coccineis, marginibus pennarum luteis, remigibus apice viridibus, tribus corpori finitimis caeruleis, rectricibus ſordide rubris, apice virideſcentibus, extima utrinque virideſcente; roſtro aurantio, pedibus & unguibus nigricantibus. In India, & praeſertim in Bonarum Fortunarum Inſula habitat.*

96. Pappagallo minore cremiſi dell' Indie. -- *Pſittacus minor coccineus Indicus* -- *Pſittaca Indica coccinea* Briſs. ſp. 78. cum Icone ſatis accurata. -- *Praecedentem craſſitie multum ſuperat, longicaudus, coccineus, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius, fuſco & caeruleo violaceo variegatus, capite & collo ſuperioribus, pectore, & taenia pone oculos caeruleo-violaceis; remigibus maioribus dilute fuſco, minoribus fuſco-violaceo terminatis; rectricibus fuſco-violaceis, lateralibus interius coccineis; roſtro rubeſcente, pedibus, & unguibus fuſcis.*

97. Pappagallo minore cremiſi d' Amboina. *Pſittacus minor Amboinenſis coccineus. Pſittaca Amboinenſis coccinea* Briſs. ſp. 79. -- *Turturem craſſitie nonnihil antecellit, longicaudus, ſuperne caeruleo-violaceus, inferne coccineus, capite & collo coccineis, remigibus ſaturate viridibus, rectricibns ſaturate violaceis, lateralibus nigricantibus; roſtro rubicundo unco nigricante, pedibus & unguibus rubris.*

98. Pappagallo minore cremiſi col ciuffo dell' Iſola di Giava. -- *Pſittacus minor Iavenſis, criſtatus, coccineus. Pſittaca Iavenſis* Briſs. ſp. 80. -- *Pſittacus parvus* Bontii, Willugh. & Rai. -- *Alaudam craſsitie aemulatur, longicaudus, criſtatus, coccineus, gutture griſeo, collo inferiore & pectore dilute roſeis, remigibus viridibus luteo & roſeo colore variis, rectricibus binis intermediis coccineis, lateralibus dilute roſeis apice caeruleis, viridi mixtis; oculis nigris, cute nuda albo-argentea cinctis, roſtro griſeo ad baſim cute nuda candida cincto, pedibus & unguibus cinereis. Verticis pennas, ſive criſtam, nunc erigit, nunc deprimit.*

99. Pappagallo aſſai piccolo, o Parrucchetto, col capo roſſo del Braſile. -- *Pſittacus parvus, ſive Pſittacula Braſilienſis erythrocephalos.* -- *Pſittaci minoris* Marcgravii ſeptima ſpecies -- *Tui para Tupinambis* Willugh. Ionſt. & Rai. -- *Pſittacula Braſilienſis* Briſs. ſp. 82. -- *Magnitudine & craſſitie cum Alauda convenit, brevicaudus, dilute viridis, ſincipite rubro, macula in alis lutea; roſtro incarnato, pedibus & unguibus griſeis. Nidificat in arborum foraminibus a formicis relictis.*

100. Pappagallo aſſai piccolo, o Parrucchetto tutto verde del Braſile. -- *Pſittacus minimus, vel Pſittacula Braſilienſis omnino viridis.* -- *Pſittacus minimus totus viridis* Brow. -- *Pſittaci minoris tertia ſpecies* Marcgravii Willugh. -- *Tui tirica* Willugh. & Rai. -- *Pſittacula Braſilienſis* Briſs. ſp. 81.

101. Pappagallo aſſai piccolo, o Parrucchetto del Braſile col codrione celeſte. -- *Pſittacus minimus, vel Pſittacula, Braſilienſis, uropygio cyaneo.* -- *Pſittaci minoris* Marcgravii ſexta ſpecies (*Braſilienſibus Tuiete*) Willugh. -- *Pſittacus* [*Paſſerinus*] *brachyurus luteo-virens, macula alarum aliſque ſubtus caeruleis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 37. -- *Pſittacula Braſilienſis uropygio cyaneo* Briſs. ſp. 83. -- *Craſsitie Paſſerem domeſticum non excedit, brevicaudus, viridis uropygio cyaneo, tectricibus alarum ſuperioribus maioribus ſaturate caeruleis, rectricibus viridibus; roſtro, pedibus, & unguibus aurantiis.*

102. Pappagallo aſſai piccolo di Malacca. -- *Pſittacus parvus, vel Pſittacula Malacenſis.* -- *Avicula ex Malaca Inſula, ſeu Pſittacus marinus* Aldrov. -- *Pſittacula Malacenſis* Briſs. ſp. 84. -- *Hic quoque ad Paſſerem domeſticum craſsitie vix accedit, brevicaudus, viridis, vertice cyaneo, rectricibus caudae ſuperioribus coccineis; roſtro, pedibus, & unguibus candicantibus.*

103. Pappagallo piccolo, o Parrucchetto, dell' Iſole Filippine. *Pſittacus parvus, vel Pſittacula Philippenſis.* -- *Pſittacula Philippenſis* Briſs. ſp. 87. -- *Ab* Edwardo *in opere, cui titulus* Glanures *dicitur* Perrique couronnée de Saphir Part. II. cum optima Icone Tab. 293. fig. 1. -- *Craſsitie Paſſerem domeſticum non multum antecellit, brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens, ſincipite, gutture, collo inferiore & uropygio rubris, taenia tranſverſa infra occipitium aurantio-rubra, rectricibus ſuperne viridibus, inferne caeruleo beryllinis; roſtro, pedibus & unguibus rubris. Foemina ſincipite & uropygio rubro minus vivido tingitur, & maculam utrinque inter roſtrum & oculum viridi-caeruleam habet. Qui ab* Edwardo *deſcribitur, differt in eo quod in ſincipite nil rubri habeat, ſed in capitis vertice macula eleganter caerulea notetur; pedes ungueſque nigricantes obtineat. Habitat in Philippenſibus Inſulis, praeſertim in Lucionenſi Inſula, circa Manillam ubi appellatur* Coulaciſſi. *Qui vero ab* Edwardo *deſcribitur, pingiturque, captus fuit in Inſula Sumatra.*

104. Pappagallo piccolo, o Parrucchetto del Madagaſcar. -- *Pſittacus parvus, vel Pſittacula Madagaſcarienſis* -- *Pſittacula Madagaſcarienſis* Briſs. ſp. 88. cum accurata Icone. -- *Craſſitie cum praecedente convenit, brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens, capite, gutture, & collo inferiore cinereo-albis ad viridem inclinantibus, rectricibus dilute viridibus, taenia tranſverſa nigra notatis; roſtro pedibus, & unguibus cinereo-albis.*

105. Pappagallo piccolo, o Parrucchetto colla gola gialla. -- *Pſittacus parvus gutture luteo.* -- *Pſittacula* Briſs. ſp. 89. -- *Alaudam criſtatam craſsitie non multum excedit, brevicaudus, viridis, inferne dilutius & ad luteum inclinans; macula ſub gutture aurantia; taenia in alis tranſverſa caſtaneo-aurea ad viride vergente; tectricibus alarum inferioribus luteis; rectricibus viridibus, oris interioribus ad luteum inclinantibus; roſtro dilute griſeo, pedibus, & unguibus griſeis.*

106. Pappagallo piccolo, o Parrucchetto con la teſta gialla, del Braſile. -- *Pſittacus parvus Braſilienſis Ictherocephalos.* -- *Pſittacula* Briſs. ſp. 90. -- *Pſittaci minoris* Marcgravii quarta ſp. Willugh. -- *Tui* quarta ſpecies Marcgr. Ionſt. & Rai. -- *Magnitudine & craſsitie cum Sturno convenit, brevicaudus, ſuperne viridis, inferne viridi-luteus, ſincipite aurantio; oculorum ambitu luteo; roſtro nigro.*

107. Pappagallo piccolo, giallo del Braſile. -- *Pſittacus parvus Braſilienſis luteus.* -- *Pſittacula* Briſs. ſp. 91. -- *Pſittaci minoris* Marcgravii quinta ſpecies, *Iendaya* Willugh. & Rai. -- *Merulam craſsitie adaequat, brevi-*

vicaudus, ſuperne viridis, inferne luteus, imo ventre viridi, capite & collo luteis; remigibus maioribus apice ad nigricantem colorem vergentibus, rectricibus viridibus; roſtro, pedibus, & unguibus nigris.

108. PAPPAGALLO piccolo del Senegal. -- *Pſittacus parvus Senegalenſis.* -- *Pſittacula* Briſs. ſp. 92. cum accurata Icone. -- *Craſsitie Merulam non multum antecellit; brevicaudus; ſuperne viridis, inferne aurantius, ad latera luteus, capite & gutture cinereis; collo viridi, rectricibus ſuperne ſaturate cinereis ad viridem vergentibus, viridi marginatis; roſtro, & unguibus cinereo nigricantibus, pedibus cinereo-rubeſcentibus.*

109. PAPPAGALLO piccolo bruno del Braſile. -- *Pſittacus Braſilienſis fuſcus. Pſittacus minor vulgaris* Barr. -- *Anaca Braſilienſibus* Marcgr. Ionſt. Willugh. & Rai. -- *Magnitudine & craſsitie Alaudam aemulatur; brevicaudus, ſuperne viridis, inferne fuſco rufeſcens; vertice ſaturate caſtaneo; oculorum ambitu fuſco; gutture cinereo marginibus alarum ſanguineis, extremitatibus thalaſſini coloris; macula in dorſo, dilute fuſca, rectricibus pariter dilute fuſcis; roſtro fuſco adunco, pedibus cinereis, unguibus nigricantibus. Habitat in Guiana, & Braſilia; elegans plane Avis.*

110. PAPPAGALLO piccolo, o Parrucchetto col ciuffo. -- *Pſittacus erythrochloros criſtatus* Aldrov. Ionſt. Rai. & Willugh. -- *Pſittacus erythrochlorus torquatus criſtatus* Charleth. -- *Pſittacula* Briſs. ſp. 94. -- *Ad Merulam craſsitiem accedit; brevicaudus, viridis; criſta, alis, & cauda rubris; de colore roſtri, ac pedum necnon de regione in qua habitet, nulla apud Auctores mentio facta eſt.*

111. PAPPAGALLO minore, o Parrucchetto verde, con la fronte roſſa, e una faſcia nera nella coda. *Pſittacus minor viridis, fronte rubra, cauda faſcia nigra notata.* -- *Pſittacus* [*pullarius*] *brachyurus, viridis, fronte rubra, cauda fulva, faſcia nigra* Linn. Syſt. Nat. ſp. 37. -- *Pſittacula Guineenſis* Briſs. ſp. 85. -- Linnaeus *ad ſpeciem hanc refert Pſittacum parvum viridem ex India Orientali* Albini Av. III. Tab. 15. *Pſittacum minimum viridem cum fronte & gula rubra* Friſch. Av. III. Tab. LIV. *Pſittacum puſillum viridem Aethiopicum* Rai. *Pſittacum minimum* Cluſii, & *Pſittacum minorem verſicolorem* Seb. Mus. II. Tab. XL. Fig. I. *additque habitare hunc in Aſia atque Aethiopia. Conferatur depictus & deſcriptus a nobis ſub num.* CXXXIII. *ad quem ſynonima plura a* Linnaeo *pullario ſuo appoſita retulimus, licet varietas tantum non diſtincta ſpecies fuiſſet. Pſittacus puſillus viridis Aethiopicus* Rai. *dicitur a* Raio *ipſo magnitudine Fringillae, in ventre viridi colore dilutiore, in dorſo ſaturatiore tincto.*

T. CXXXVI. B. 2. 8. --

EMEU, o Caſuario — *Emeu, ſive Eme, Caſuarius* aliis. — *Emeu* Dodart. Rai. Cluſ. Bont. Willugh. Nieremberg. Ionſton — *Eme* Aldrov. — *Caſuarius* Olear. Alb. Klein. — *Struthio* Caſuarius *pedibus tridactylis, vertice palearibuſque nudis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. — *Cela* Moerh. — Gall. *Le Caſoar* — Angl. *Caſſoware, or Caſſowary.*

QUeſt' Uccello è grande quanto lo *Struzzo*, di penne ſcure, o quaſi nere di una teſſitura delicata, che oſſervate di lontano compariſcono pelo. Nel vertice del capo è corredato di un' elevazione calloſa, che gli fa la figura di un diadema. Le ſue ale ſono cortiſſime, e appena accennate. Quantunque inghiottiſca tutto ciò che gli vien preſentato, come Arance intiere, e ſimili coſe; per altro il ſuo cibo ordinario è il Pane, che a groſſi pezzi egli ingoia, per aſſerzione del Cluſio mangia avidamente le uova freſche di Gallina tutte intiere col guſcio. Facilmente ſi addomeſtica. Le ſue uova ſono molto grandi, e molto belle di 15. pollici in giro, miſurate per la parte più lunga, e di 12. in circa a traverſo, il guſcio delle quali non è sì groſſo e bianco come quello dello *Struzzo*, ma di un color cenerino sbiadito, e aſperſe d' innumerabili punti verdicci, alcuni de' quali ſono più grandi, e tondi, altri minori, e di colore più ſmorto. La femmina è minore aſſai del maſchio, e di un color più chiaro, o ſia di color d' oliva ſcura. Manca queſto di lingua, come l' *Onocrotalo*, e perciò inghiottiſce intiero tutto ciò di cui ſi ciba. Le ſue gambe, e i ſuoi pie-

COrpus huic grande Struthionis *par, plumis fuſcis ſeu nigricantibus varioris texturae veſtitum, quae e longinquo intuentibus pili potius quam plumae videntur. Collo elevato quaſi diademate in medio capite inſtruitur. Alae breviſſimae huic ſunt, quae potius rudimenta dici merentur. Licet quaecumque obiiciuntur voret, ut Aurantia mala integra & ſimilia, ordinarius tamen eius cibus eſt Panis, quem in magna craſſaque fragmenta diviſum vorat; maxime autem, teſte Cluſio, recentibus Gallinarum ovis delectatur, quae integra cum ipſa teſta deglubit. Manſueſcit facile. Ova edit maxima ac pulcherrima per longitudinem dimenſa 15. unciarum ambitu, per tranſverſum vero 12. aut paulo plus, quorum teſta non valde denſa nec alba veluti ovorum* Struthiocameli, *ſed cinerei diluti coloris, & creberrimis punctulis virideſcentibus, aliis maioribus ac rotundioribus, aliis minoribus, atque colore dilutioribus conſperſa. Foemina multo minor eſt mare, colore pallidiore, ſive ex fuſco olivaceo donata. Lingua, ut* Onocrotalus *caret, ideoque quidquid edit integrum deglu-*

piedi ſono di una gran robuſtezza, a ſegno che a forza di calci ſi difende molto bene, come il Cavallo.

Trovaſi in Aſia nell' Iſole Molucche, in Sumatra, e in Banda, e in Affrica, nell' Abiſſinia, e nella Guinea. Il Sig. Perrault nelle *Memorie per ſervire all' Iſtoria degli Animali* ne deſcrive uno, che viſſe quattro anni nel Serraglio degli Animali del Re di Francia, e ne riporta la ſezione anatomica, aggiungendovi di eſſo un' eſatta figura. Il da noi rappreſentato per i caratteri ſopra accennati è dunque il maſchio. Sebbene poi la figura, che di eſſa abbiamo data, compariſca variare da alcune figure, e dalla deſcrizione ancora data di eſſo da diverſi Autori, a riguardo di quei ciondoli membranoſi roſſi, che gli pendono anteriormente dal collo, e di certe penne lunghe filiformi al principio del petto, che mancano nel noſtro; la figura però data da noi corriſponde eſattamente a quella, che abbiamo trovata nell' originale del Marcheſe Gerini, il quale la fece diſegnare da un individuo, che a ſuo tempo viveva in Firenze, e che appunto così fu oſservato.

glutit. Cruribus, pedibuſque craſſis gaudet, quibus Equorum more ſe defendere nititur.

Habitat in Aſia, Sumatra, Molucca, atque Banda, necnon in Africa, in Abiſſiniae Regno, atque Guinea. Dom. Perrault unius, qui in Ornithotrophio Regio Pariſiis quatuor annos vixit, deſcriptionem & Anatomicam diſſectionem expoſuit, optimamque iconem adiecit in opere, cuius titulus: Memoires pour ſervir a l' Hiſtoire des Animaux. *Quem nos igitur oſtendimus ex ſupra relatis characteribus, huius ſpeciei marem eſſe manifeſte coniicitur. Figura, quae a nobis exhibetur, licet membranis rubris, quibus in anteriore colli parte dependentibus ornatur, necnon pennis nonnullis praelongis filiformibus e pectoris ſuperiore parte ortis, differre videatur; a Geriniana tamen originali figura nec minimum abludit; ſciendum eſt inſuper Auctorem noſtrum Marchionem Gerini illum diligenter delineandum coloribuſque pingendum tunc temporis curaviſſe, deſumpta imagine ab una huius ſpeciei Ave, quae ſua aetate Florentiae vivebat, nec diverſa prorſus ab efficta hic Avis forma obſervata fuit.*

T. CXXXVII. B. 3. 15. 2.

STRUZZO o Struzzolo nero. Struzzo Affricano, o Struzzo della Libia. — *Struthio niger. Struthio-Camelus niger; Struthio Africanus; Struthio Lybicus &c.* — *Struthio* Camelus *pedibus didactylis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — *Struthio pennis nigris in toto corpore veſtitus, albis, & nigris quandoque admixtis, remigibus maioribus; rectricibuſque candidis* Briſs. ſp. 1. — Gall. *l' Autruche noir.* — Angl. *The Oſtrich.*

QUeſto è il maggiore di tutti gli Uccelli, eccettuatone il ſopradeſcritto *Emeu*, il quale quantunque in altezza ceda allo *Struzzo*, non oſtante a riguardo della mole del corpo non ſi può dire di eſſo minore. Nel capo ſembra una ſpecie d' *Oca*; egli è corredato di palpebre, la ſuperiore delle quali è molto mobile, e bordata di peli come quella degli uomini; la ſua lingua poi è corta, piuttoſto ſchiacciata, e per la parte inferiore attaccata, a guiſa di quella de' Peſci. Inoltre lo *Struzzo* è voraciſſimo, cibandoſi di tutto ciò che incontra, come d' erbe, di biade, di pietre, d' oſſa d' animali, di minerali, di pezzi di ferro, e altre coſe, ſervendo nel ſuo ventricolo le più dure alla triturazione, e digeſtione delle altre, dopo di che reſtano intiere o poco corroſe reſtituite per la via delle fecce; ed è mera favola, che lo *Struzzo* ſi diletti di mangiare il ferro, e che facilmente lo digeriſca, e ſciolga.

Quì in Firenze nel Serraglio Reale degli Uccelli da lungo tempo ne ſono ſtati alimentati diverſi, ed alcuni eſſendone morti, ſono ſta-

AVium maximus eſt, ſi unum forte ſupradeſcriptum Emeu *excipias, qui quamvis proceritate ei cedat, corporis tamen mole fere aequalis eſt. Capite ſpeciem* Anſeris *refert; palpebris inter alites forte ſolus inſtruitur, ſuperiore valde mobili, piliſque ciliaribus humano more ornata; lingua autem donatur brevi planiuſcula, atque, Piſcium more, inferna parte valde adhaeſa. Voraciſſimus inſuper eſt, editque quidquid offendit, herbas, ſemina cerealia, fructus, oſſa animalium, ſilices, mineralia, ferrum, aliaque, in cuius ventriculo quae duriora ſunt, uti ſilices & ferrum, aliarum rerum triturationi, ſive digeſtioni inſerviunt, integra inde, vel ſaltem paullulum corroſa ab eius inteſtinis egrediuntur; fabulamque ſapit alitem hunc ferro praecipue ut idoneo cibo delectari, illudque ventriculi humorumque in ipſum defluentium viribus facillime, atque exacte ſolvere poſſe.*

Hic Florentiae a longo tempore plures huius generis Aves in Regio Aviario enutritae ſemper ſunt, nonnullaeque ſuperioribus annis interemptae diſſectae fuerunt, in quarum ventriculis multa ſilicum, & metallorum fruſtula, praeſer-

ſtati aperti, con eſsere ſtati trovati nel loro ſtomaco de' pezzi di ſaſſo, e di metallo, ma particolarmente di Bronzo, di Ottone, e di Ferro, con queſta differenza, che i pezzi di Ferro erano rugginoſi, e molto corroſi, e gli altri con i ſaſſi tutti intieri, e illeſi.

Se ne trovano de' neri, de' cenerini o grigi, de' bianchi, e de' miſchiati. I maſchi ſono generalmente neri, o bianchi, mentre gli altri de' ſoprammentovati colori ſono femmine, le penne delle quali per eſser meno delicate, meno larghe, e di peggior colore, ſono ſempre aſſai meno ſtimate.

ſertim Aeris, Orichalchi, & Ferri reperta fuere, hoc tantum diſcrimine, quod Ferri fragmenta ſuo croco fuerint obducta, plurimumque corroſa, metalla vero reliqua, & ſaxa omnino integra, penituſque intacta obſervata fuerint.

Nonnulli pennis omnino nigris inſtructi adinveniuntur, alii pennis cinereis, ſive griſeis, candidis alii, alii tandem pennis coloribus diverſis tinctis, ſive mixtis. Mares communiter nigri vel candidi ſunt, ex aliis ſupra memoratis coloribus foeminae, quarum pennae utpote rudiores, anguſtiores, minuſque venuſtiori colore praeditae, multo minus in pretio ſunt.

T. CXXXVIII. B. 3. 10.

STRUZZO, o Struzzolo grigio, ovvero cenerino. — *Struthio Camelus griſeus, ſive cinereus.*

GLi *Struzzi* moltiplicano prodigioſamente, e covano le loro ova più d' una volta all' anno, e non ne covano meno di quindici, o ſedici alla volta, le quali ſono molto grandi, e quaſi della grandezza del capo di un ragazzo, bianche, e di guſcio duriſſimo e denſo, come ſe foſse di ſaſſo, o d' avorio. Quelle uova, che da eſſi ſono ſtate partorite in Firenze, ſi ſon trovate del peſo di cinque libbre in circa, mentre il Willughby, e altri ne hanno trovate di quelle del peſo di 15. libbre.

Molti ſono quelli, che hanno ſcritto, che gli *Struzzi* abbandonino nella rena le loro uova, e che queſte ſenza eſser covate naſcano per la ſola forza del Sole, e ciò ſembra ad eſſi conforme alle leggi di natura, perchè queſti animali ſono abitatori di paeſi cuocentiſſimi, e perchè l' animale è troppo grave di corpo per doverſi poſare e trattenere ſopra di eſse. Linneo pure quantunque ſcrupoloſo eſaminatore delle coſe naturali, approva queſto fatto. Per altro trovandoſi molti *Struzzi* al Capo di Buona Speranza, dove il caldo non è molto grande, e le uova loro eſsendo quaſi tonde, e di guſcio duriſſimo, gli Autori, che ſono ſtati del ſopraddetto parere, dovevano perciò congetturare il contrario, e credere, che anco gli *Struzzi* covaſsero le uova loro come fanno tutte le altre ſpecie di Uccelli.

I Sigg. Kolbe, e Adanſon per altro tolgono intorno a ſimil fatto ogni dubbio, mentre ſono ſtati teſtimoni oculari, che gli *Struzzi* non diverſamente dalle *Galline*, covano beniſſimo le uova loro, e che ſolamente nelle interiori e cuocentiſsime parti d' Affrica le abbandonano qualche poco fra giorno, e queſto forſe è ſtato ciò che ha dato motivo d' inganno a non pochi; il ſoprammentovato primo Autore è ſtato per lungo tempo al Capo di Buona

STruthiocameli *mirum in modum ſpeciem multiplicant, atque pluries in anno ovorum incubationi operam dant, quorum ad minimum quindecim, vel ſexdecim pro quavis vice fovent, quae magna ſunt utpote capitis infantis magnitudine plus minus, candida, duriſſima, & quaſi lapidea, ſive eburnea cruſta munita. Communiter quae hic Florentiae ab iiſdem emittuntur, libras quinque, vel paulo minus pendent, Willughbeius vero, aliique ipſorum nonnulla 15. libras pendentia obſervarunt.*

In arena haec condita, & deſerta, Solis calore foveri, & excludi plurium ſententia eſt, naturaeque conſentaneum hoc pluribus videtur cum in ardentiſſimis mundi plagis huiuſmodi Aves degant, nimiamque corporis gravitatem ad eis incubandum a natura obtinuiſſent. Linnaeus quoque, licet naturalium rerum ſcrutator ſedulus, hanc tuetur ſententiam. Verum Struthiocameli *cum ad Caput Bonae Spei, ubi Solis calor non ita adurens eſt, magna copia occurrant, eorumdemque ova cum figura ſubrotunda, duriſſimoque cortice donentur, Auctoribus iis, qui ſupradictam fovent ſententiam, pro manifeſto indicio haberi potuerat, eorumdem ova non ſecus ac reliqua Avium omnia incubatu indigere.*

Sed controverſiam omnem plenarie dirimunt Dom. Kolbe, atque Adanſon rerum naturalium ſcrutatores diligentiſſimi, quorum primus in Capitis Bonae Spei regione longam egit manſionem, ſecundus in Senegallia innumeras inſtituit obſervationes, amboque certiores nos faciunt, aeque ac Gallinae *in Europa, aliarumque omnium Avium more,* Struthiomelos *ovis ſuis incubare, atque tantum in ferventiſſimis Africae interiori*

na

na Speranza ; il ſecondo al Senegal per farvi eſpreſsamente delle oſservazioni naturali.

Le uova degli *Struzzi* ſi mangiano, e non ſono ingrate, ma ſopra tutte le altre più dure di ſoſtanza, e meno facili a digerirſi. Galeno ſcriſse, le uova migliori eſsere quelle delle *Galline*, e de' *Fagiani*, e fra le peggiori eſser quelle di *Oca*, e di *Struzzo*.

terioris Provinciis interdiu aliquantiſper ea deferere, quod plures circa rei veritatem decepit.

Harum Avium ova eſui apta ſunt, nec guſtui ingrata, ſed prae reliquis craſſioris ſubſtantiae, atque digeſtioni duriora. Galenus optima, bonique ſucci, ova Gallinarum *&* Phaſianorum *dixit,* Anſeris *&* Struthiocameli *deteriora.*

T. CXXXIX. B. 3. 6. --

STRUZZO, o Struzzolo, bianco — *Struthio Camelus albus.* — *Struthio pennis candidiſſimis lanuginoſis* Barr. Ornith.

QUantunque lo *Struzzo* ſia impotente al volo, non oſtante correndo, a forza di muovere le ſue ale, rompe in tal maniera l' aria, e corre tanto rapidamente, che non cede agli Uccelli nello ſparire aſsai facilmente di viſta, dimanierachè non è poſſibile, ſenza qualche artifizio, con cani, e cavalli arrivarlo. Gli Arabi alcune volte conſumano due giorni di tempo, prima di dargli addoſso di propoſito, ſeguitandolo ſemplicemente a viſta, moſtrando di abbadare a tutt' altro, ſervendo loro ſoltanto in queſto tempo di cominciare a ſtancarlo, e d' impedire che mangi, poichè ſe con troppo impeto gli deſsero ſubito addoſso, e queſto prendeſse i luoghi elevati e ſcoſceſi, non potrebbero giungerlo mai più.

Trovaſi nella Siria, in Arabia, nella Libia, e in Affrica; particolarmente in Etiopia o Abiſſinia, al Senegal, e al Capo di Buona Speranza. Ne' Deſerti della Libia ſe ne trovano alcune volte tanti inſieme, che paiono a chi gli vede di lontano un accampamento di Cavalleria. I paeſani di tali luoghi, e ſpecialmente gli Arabi, e gli Etiopi, trovano non poco profitto alla caccia di eſſi, e nel prendergli particolarmente vivi, perchè gli addomeſticano, eſsendo a ciò molto diſpoſti, e gli vendono a' Mercanti, che gli mandano in Europa. Quelli poi che vengono da eſsi ammazzati, ſono ſcorticati, e ſpogliati di tutte le penne, le quali ſono da eſsi vendute piuttoſto care a' Mercanti delle Città più vicine.

L' uſo di eſse è molto grande per tutto il mondo, ma dall' altra parte eſsendo queſto tanto noto, è totalmente ſuperfluo che da noi ne ſia quì fatta una ſpecifica menzione. In diverſi luoghi, e particolarmente in Inghilterra le Dame ne facevano un tempo fa dei ventagli, e i militari quaſi per tutto il mondo, ma particolarmente gli Orientali, ſe ne ſervono per ornamento de' loro cimieri, e turbanti. Appreſso i Turchi però, per quanto vien riferito, non è permeſso con eſse adornarſi, che a' ſoli Giannizzeri. Trovanſi degli *Struzzi* anco in America, ma ſono di ſpecie affatto diverſa, e tale è quella, che quì ora ſarà deſcritta.

STruthio-camelus *licet volatui impos ſit, currens tamen alas agitando aerem aſſidue dividit, rapideque currit ac ſi volatu ſe ſe per aerem ſubtraheret, ita ut nec a cane, nec ab equo, ſine artificio, ſuperari queat. Arabes aliquando ultra dies duas tempus conſumunt, perſequendo* Struthionem, *quem prius quaſi aliud agendo agitant, ut impediant, ne eſcam ante capiat, quam ſeveriori venatu proſequantur; nimis impetuoſi nunquam attingerent Avem ad montuoſa & praerupta loca praecipue fugientem.*

Habitat in Syria, Arabia, Lybia, Africa, praeſertim in Aethiopiae, ſive Abyſſiniae Regno, in Senegallia, atque ad Caput Bonae Spei. In Deſertis praecipue Lybiae tanta eorum copia quandoque conſpicitur, ut procul intuentibus velut equitum quaedam acies appareant. Huius regionis incolae, pariterque Aethiopes, aliique Africae indigeni homines non mediocrem proventum adinveniunt in iis perſequendis, viviſque captandis; in iis enim cicurandis, quos vivos capiunt, omnem impendunt operam; nam facile manſueſcunt, ipſoſque Mercatoribus vendunt, qui ad Europeos mittunt; quos vero interficiunt, pennis atque pelle idipſos exuunt, pennaſque vicinarum Civitatum Mercatoribus utiliſſime vendunt.

Earum uſus in omnibus terrae Provinciis maximus eſt, omnibuſque tam notus, ut de ipſo verba facere ſupervacaneum prorſus ſit. Pluribus in locis, in Anglia praeſertim, nobiliores matronae ventilabra ex iiſdem olim conficiebant, omneſque mundi gentes, milites praeſertim Orientales, ad conos, & galeas adornandas iis utuntur. Apud Turcas tamen idipſas ſolis Ianitzaris conceſſas eſſe relatum eſt. In America etiam Struthiones *adinveniuntur, ſed ſpeciei omnino diverſae. Horum ſpecies una eſt, quae ſtatim hic a nobis deſcribetur.*

4. Struz-

4. Struzzo, o Strúzzolo d' America = *Struthiocamelus Americanus* Rai. = *Iandou* Ionſt. & Charlet. = *Nhanduguacu Braſilienſibus* Marcgr. & Piſ. = *Ardea Americana cinerea, terrivora, capite calvo* Barr. Ornith. = *Struthio* [*Americanus*] *digito poſtico rotundato mutico* Linn. Syſt. Nat. ſp. 3. = *Struthio Nothus* Klein. = *Rhea* Moehr. & Briſs. = *Grus cinerea ferrivora* Barr. Hiſt. = *Habitat in America Auſtrali, praecipue in Guiana & Braſilia in Seregippae & Fluvii magni praefecturis. Minor ſaepius Struthione Africano, & Caſoario, ſive Emeu ſimilior, quam Struthioni; quatuor enim in pede digitos habet, tres anterius, unum poſterius, craſſum, rotundum, ungue non armatum. Collum geſtat incurvatum ut Cycnus, ſive Ciconia, longitudine circiter duorum pedum. Oculos nigros habet pulcherrimos, roſtrum compreſsum non admodum latum, duos & ſemis digitos longum, alas aeque ac Struthio Africanus ineptas ad volandum habet, citiſſimeque ut ille tamen currit, ut vix, ac ne vix quidem a cane venatico ſuperari poſsit. Caudam vero non ut ille criſtiformibus pennis praeditam habet, ſed plumas fert griſeas per dorſum expanſas ad anum uſque. Veſcitur fructibus, & carne. Caro vero eius bona ad comedendum dicitur.*

5. Struzzo cappelluto, e Struzzo dell' Iſola di S. Maurizio. = *Struthio* [*cucullatus*] *pedibus tetradactylis, omnibus unguiculatis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 4. = *Gallus Gallinaceus peregrinus* Cluſ. = *Cycnus cucullatus* Nieremberg. Rai. & Willugh. = *Dronte* Bont. = *Dodo Luſitanorum Cycnus cucullatus* Carl. = *Raphus* Moehr. & Briſs. = *Bontii teſtimonio haec Avis magnitudine eſt media inter Struthionem Africanum, & Gallum Indicum; capite magno membrana quadam cucullum referente tecto: oculis magnis nigris: Roſtro praelongo valido ex caeruleo albicante, exceptis extremitatibus, quarum inferior nigricat, ſuperior flaveſcit. Corpore eſt obeſo, rotundo, quod mollibus plumis griſeis Struthionum aemulis veſtitur. Ab utroque latere exiguis alis plumatis, loco remigum, ex flavo cinereis, & pone uropygium, loco caudae, quinis pennis criſpis eiuſdem coloris decoratur. Cruribus eſt flaveſcentibus craſsis, atque admodum brevibus; pedibus ſolidis quatuor digitis longis, quaſi ſquamoſis, totidemque unguibus nigris validis munitis incedit. Ceterum tardigrada eſt Avis, & ſtupida, atque facilis praeda venatoribus. Habitat in India, praeſertim in Inſula Cycnaea, ſeu Cerne Luſitanis, dicta S. Mauritii Inſula Batavis. Lapilli diverſae magnitudinis, ut in Struthione, in ventriculo harum Avium reperiuntur. Caro earum, in primis pectoris, eſt pinguis, non ingrata, adeoque multa, ut tres quatuorve huius ſpeciei Aves centenis ſociis ſaturandis aliquando ſuffecerit. Si non probe elixentur, vel veteres ſint, difficilioris ſunt concoctionis; ſalitae etiam in penu reconduntur. Struthio volans, de quo ſermo eſt apud aliquos Peregrinatores fictitia omnino exiſtimatur Avis.*

T. CXL. B. -- 18. --

CORVO, o Corvo maggiore, e volgarmente anco detto Corvo reale. — *Corvus, ſive Corvus maior* — *Corvus maior* Friſch. — *Corvus* Geſn. Aldr. Ionſt. Willugh. Charl. Moerh. — *Corvus ſimpliciter* Klein. — *Corvus, ſeu Corax* Rzac. — Gall. *Corbeau*. — Angl. *The Raven.*

DE' *Corvi* ſe ne trovano in qualunque parte del mondo, e in copia ancora, ſoffrendo eſſi qualunque mutazione d' aria, nè temendo il caldo, o il freddo, onde facilmente ſi trattengono in qualunque luogo, purchè non manchino di trovarvi alimento; e quantunque ſieno detti amanti della ſolitudine, tuttavolta ſi vedono anco nel mezzo delle Città, e vi fanno il nido, come lo atteſta l' Aldrovando, e lo conferma l' oſservazione.

Nidificano ſu gli alberi più alti, e nelle vecchie torri ſul principio della Primavera, e anco prima ne' paeſi più caldi. Depongono quattro, o cinque uova per volta, e ſei ancora, le quali ſono di un colore tra il verde e il celeſte sbiadito, aſsai miſchiate, e molto punteggiate di color nero. Se i *Corvi*, ſi poſſano addomeſticare, e addeſtrare per la Caccia, ſe ne terrà diſcorſo poco più ſotto.

Corvi non una aliqua orbis plaga, aut regione, ſed ubique terrarum abundant, quaſvis etiam aeris mutationes facile tolerant, nec frigus, aut calorem reformidant, ſed ubicumque alimenti copia reperiatur, degere facile ſuſtinent; & quamvis ſolitudinis amici dicantur, in mediis tamen Urbibus non raro degunt, & nidificant, ut Aldrovandus tradit, & experientia ipſa confirmat.

Nidificant autem in excelſis arboribus, aut turribus vetuſtis, primo Vere, initio videlicet Martii, & in calidioribus locis citius etiam nonnumquam. Ova pariunt una vice quatuor, quinque, & interdum ſex; ex viridi pallide caerulea, maculis, & ductibus crebris nigricantibus varia. An Corvi *cicurari, & ad Aucupium inſtitui facile poſſint, infra videbimus.*

T. CXLI. B. -- 16. 2.

CORVO reale bianco. — *Corvus albus, ſive Corvus maior albus.* — *Corvus albus* Schwenck. — *Corvus candidus* Briſs. ſp. 1. varietas. Gall. *Le Corbeau blanc.*

DIverſi ſono ſtati quelli, che hanno veduto de' *Corvi* bianchi, e fra gli altri l' Aldrovan-

Corvos albos obſervarunt plures Auctores, ſignanter Aldrovandus, Willughbeius, & Kleinius,

vrando, il Willughby, e il Klein, ma ſono bensì molto rari nelle parti meridionali trovandoſi eſſi per il ſolito ne' luoghi montuoſi, e coperti quaſi tutto l' anno di neve, ne' quali luoghi anco molt' altri animali mutano in bianco i loro originali colori, come accade alle Volpi, alle Lepri, Orſi, Pernici, Merle ec.

Il Klein oſſervò vicino a Lubecca una *Cornacchia* bianca, e a Dresda delle *Gazzere* tutte bianche. Gio. Caio il 1548. vedde nella Provincia di Cumberland due *Corvi* bianchi, ſtati rilevati per la Caccia, e ſtati così trovati nell' iſteſſo nido. Quelli, che vengono inſtruiti a predare, ſogliono eſser portati a predare le *Pernici*, e gli altri *Corvi* ſalvatici, e non di rado i *Fagiani*. Uno di queſti *Corvi* intieramente bianco fu ammazzato a Tavolara Iſoletta contigua alla Sardigna, e un altro

nius, ſed rari hi ſunt in regionibus Europae *Meridionalibus; in montuoſis vero, ac Borealibus plagis per maximam anni partem nivibus obtectis reperiuntur facilius: nam & alia animalia ibi nativos ſuos colores in album mutant, ut Vulpes, Lepores, Urſi, Perdices, Merulae ec.*

Prope Lubecam Cornicem *niveam, in Sileſia, & Dreſdae vero* Picas *albas obſervavit Kleinius. In Cumbria anno* 1548. Corvos *duos candidos, ex eodem nido, & ad Aucupium factos ut Accipitres obſervavit Io. Caius. Venatici qui evadunt* Perdices *&* Corvos *feros venantur, quandoque etiam* Phaſianos. *Horum unus omnino candidus interfectus fuit Tavolarae (quae eſt parva ac finitima Sardiniae Inſula) alter apud nos prope Etruriae oppidum vulgo Palaia.* fu ammazzato a Palaia Caſtello in Toſcana.

T. CXLII. B. -- 18. --

CORVO d' Alemagna detto ivi Krè, ſecondo altri Cornacchia d' Alemagna. — *Corvus Germanicus vulgo Krè, aliis Manedula Germanica.*

FAcilmente ſogliono i *Corvi* ſignificare una groſſa burraſca, allorchè urlano molto, e in forma, che ſembrino ſinghiozzare, ſpecialmente ſul far del giorno; ſiccome ſe ſtanno pendenti dagli alberi, e dibattono le ale. Serenità poi predicono ſe guardando la mattina il terreno paſſeggiano per i rami degli alberi a penne e ale larghe; ſe in principio ſcompagnati gracchiano leggermente, poi ridotti in branco ſtridono forte, ovvero ſe ſulla ſera ſi mantengono in branco, o ſcompagnati che ſieno, ſi ritirino al nido gracchiando fortemente.

Il Sig. Kolbe nella deſcrizione del Capo di Buona Speranza cita diverſe ſpecie di *Corvi*, che ſi trovano in tal luogo, e fra queſte una ne deſcrive bianca nel ventre, e miſta di bianco, e nero nel capo. Anco nel Meſſico per aſſerzione del Nierembergio, e del Fernandez vi ſono de' *Corvi* miſchiati di bianco.

TEmpeſtatem plenam praeſagiunt facile Corvi, *ſi cum ſingultu quodam diu, multumque matutino praeſertim crepuſculo ululent; & ſi de arbore pendentes, alas frequenter motitent. Serenitatem, ſi contra Solum hiantes mane per arborum ramos plumas, & alas expandant; ſi privatim primo crocitantes, mox turmatim congreſſi liberius vociferentur, aut ſi ſub nocturnum crepuſculum gregatim verſentur, & dum ſeparantur ſumme crocitando ad nidos advolent.*

D. Kolbe in Deſcriptione Capitis Bonae Spei plures Corvorum *ſpecies ibi degere affirmat, quas inter una quae donatur ventre albo, capite vero ex albo & nigro vario. In Mexico etiam ſunt* Corvi, *teſte Nierembergio & Fernandez, pennis quibuſdam candidis variegati.*

T. CXLIII. B. 1. -- --

CORVO Imperiale. — *Corvus calvus ſeu Loripes* Ger. Ornith. autogr.

IN un Caſtello della Francia, chiamato Corvato, dice Alberto, che i *Corvi* vi campano più di 100. anni; Eſiodo ſcriſſe, che vivono l' età di nove uomini, non ſo però con quali fondamenti. Che campino per altro lungamente è credenza univerſale.

Gli Uccelli di queſto genere ſi cibano promiſcuamente di carne, d' inſetti, e di biade; alcuni fra eſſi ſono quaſi affatto carnivori, e volentieri ſi cibano di beſtie morte, e di ca-

IN Galliae Oppido, quod Corvatum nominant, Corvos *annos pluſquam* 100. *egiſſe Albertus refert; Heſiodus novem hominum aetates vivere dixit, qua vero fide neſcio: ipſos tamen longaevos fatentur omnes.*

Corvini generis Avibus victus ex carne, inſectis & frugibus promiſcuus. Nonnullae etiam car-

cadaveri, per la qualcosa sono questi da alcuni chiamati semirapaci, come particolarmente il *Corvo*, e la *Cornacchia* volgare. Alcune volte ancora danno addosso a degli animali vivi, essendo stati veduti dar la caccia, e predare le *Allodole*, e le *Passere*. Nell' Islanda per asserzione di Mr Anderson, e nell' Isole vicine trovansi *Corvi* di una grandezza considerabile, i quali seguitano, e danno addosso anco a' piccoli *Agnelli*, e quando non sieno scacciati da' guardiani, cavano ad essi gli occhi, e poi coraggiosamente, e avidamente gli manimettono, e gli mangiano.

Quantunque si possa dire, che il *Corvo* sia un Uccello piuttosto salvatico, e fiero, non ostante si addomestica, e impara a parlare non diversamente dal *Pappagallo*, e dalla *Gazzera*. Acciocchè più facilmente egli possa in questo riescire, gli si taglia il freno sotto la lingua; mediante questo taglio ne rilevò uno Olao Borricchio, per quanto è registrato negli Atti di Coppenaghen, che discorreva assai bene. Contraffaceva egli sì bene la voce del Padrone, che più volte avanti tempo, chiamando per nome il servitore, lo fece alzare dal letto. Un altro *Corvo* salutò Cesare, che tornava vittorioso dall' Epiro, dicendogli spiegatamente: *Viva Cesare vincitore e Imperatore*.

Uno ne fu sotto il Principato di Tiberio, che ogni mattina volava da' Rostri al Foro per dove dovevano passare Tiberio, Germanico, e Druso, e nominatamente ad uno ad uno, allorchè passavano, salutavali. Essendo questo stato ammazzato gli furono fatte, secondo Plinio, sontuosissime esequie, e fu fatto ammazzare l' uccisore di esso. Altri esempi ancora sopra di ciò potrebbonsi addurre, ma per brevità si tralasciano.

carnivorae prorsus sunt, morticinis praecipue, & cadaveribus vescuntur, unde a nonnullis semirapaces appellantur, ut Corvus *proprie dictus, &* Cornix *vulgaris. Quin nec a vivis animalculis abstinent;* Alaudas *&* Passeres *aliquando devorasse visae sunt. In Islandia, vicinisque Insulis, referente Andersonio, praegrandes adinveniuntur* Corvi, *qui* Agnos *recens editos adoriri non timent, & si a Pastoribus non impediantur, illos rostro oculis orbant, ipsos strenue dilaniant, ipsorumque carne avide vescuntur.*

Licet vero fera potius Avis dici mereatur cicuratur tamen, & ad humana reddenda verba, non secus ac Psittacus, *&* Pica, *instrui potest. Ut* Corvus *facile efficere hoc possit, linguae ei frenum resecare oportet; hac freni sectione unum Olaus Borrichius, ut in Actis Hafniensibus legimus, ad sermocinandum optime erudivit. Heri vocem ita hic simulabat, ut Borrichii famulus pluries ab eo nomine vocatus, ac deceptus, ante diem & horam, qua expergisci solebat, e lecto surrexerit. Alter Augustum ex Actiaca victoria reducem verbis:* Ave Caesar, victor, Imperator, *salutavit.*

Quidam sub Tiberio Principe singulis matutinis e Rostris evolans, in Forum versus, Tiberium, deinde Germanicum, & Drusum Caesares nominatim mox transeuntes salutabat. Occisi funus, teste Plinio, innumeris elatum est exequiis, interfectusque qui eum occiderat. Aliae quae extant similia exempla brevitatis caussa tacemus.

T. CXLIV. B. – 11. –

CORNACCHIA; o Cornacchia comune. — *Cornix* Gesn. Aldr. Wiliugh. Rai. Ionst. Alb. & Briss. — *Corvus minor* Charl. & Sibb. — *Corvus* [*Corone*] *atro caerulescens, cauda rotunda, rectricibus acutis* Linn. Syst. Nat. sp. 2. — Gall. *Corneille*. — Angl. *Crow; Gmon Crow; Carion Crow*.

LA *Cornacchia*, secondo il Guarino Veronese nel suo Vocabolario, ha preso dal *corno* il nome, perchè a guisa di esso è rumorosa, e quanto esso in vita durevole. Trovansi le *Cornacchie* intorno le Città, le fabbriche, i lidi marini, le ripe de' fiumi, e gli sfoghi delle cloache. In Inghilterra evvene gran copia, perchè nel terreno umido di essa vi è gran copia di vermi. Per la medesima ragione appresso di noi se ne trovano molte a Pisa, anco in Città, dove in tutto l' anno tanto la mattina a buon' ora, che la sera ne' giorni sereni, e per tutto il corso della giornata ne' giorni piovosi vedonsi volare tanto sul Duomo, che

COrnix *Guarini Veronensis iudicio in suo Vocabulario, dicitur a cornu, quod sit clamosa ut cornu, & quod ut cornu durat, vivat. Versantur* Cornices *circa urbes, domos, maris littora, fluminum ripas, & sterquilinia. In Britannia ingens ipsarum copia occurrit, quoniam in pabulo humido eius soli vermes abundant. Apud nos, ipsa eademque, qua in Britannia, ratione, degunt Pisis, in ipsa etiam urbe, ubi toto anno matutino, ac vespertino tempore diebus serenioribus, diebus vero pluviis tota die, supra princeps templum, & proxima*

che ſulle alte fabbriche ad eſso vicine. Vivono di biade, di noci, di olive, di vermi, e di carne.

Realmente la *Cornacchia* volgare, quale è quella appunto quì rappreſentata, è molto carnivora, e dedita a cibarſi di carogne. In mancanza di queſte ſaccheggia poi i ſeminati. In Svezia, ſiccome in altre Provincie del Nort, è rara; frequente poi ne' Paeſi meridionali, e marittimi ſpecialmente. Un' altra *Cornacchia* devaſtatrice de' ſeminati, ma di color cenerino, ſi troverà deſcritta al num. 7.

edita, atque antiqua aedificia verſantur. Victitant frugibus, nucibus, olivarum fructibus, vermibus & carne.

Species vero, quae Cornix *vulgaris dicitur, ut ea eſt, quae hic depingitur, carnivora proprie eſt, ac morticinis plerumque veſcitur; horum vero inopia ſata depopulatur. Rara Avis in Svecia, aliiſque ſeptentrionalibus Provinciis, copioſa in calidioribus praecipue maritimis.* Cornix *alia frugilega, ſed cinerea, videatur infra deſcripta num. 7.*

T. CXLV. B. – 12. –

CORNACCHIA frugilega nera, o devaſtatrice de' ſeminati, detta volgarmente Mulacchia, e Corvacchia. — *Cornix frugilega* Rai. & Briſs. ſp. 3. — *Cornix nigra frugilega* Klein. — *Cornix nigra, ſeu Cornix frugivora* Aldr. — *Cocis* Alberti Rzac. *Cornix frugivora, ſeu frugilega* Willugh. — *Corvus* (frugilegus) *ater, fronte cineraſcente* Linn. Syſt. Nat. ſp. 3. — *Corvus Calvus nigricans* Barr. Ornith. — *Corvus ſpermologus* Charl. — *Spermologus frugivorus* Sibbal. — Gall. *Corneille moiſſonneuſe*. — Angl. *The Rook*.

E' propria dell' Europa, vola in branco, e vive di lombrichi, e di biade, e perciò è dannoſa alle campagne. Alle *Cornacchie* di molta età tutte le penne, che reſtano tra la baſe del becco e l' occhio, per il continuo grufolare fra la terra per cavare i lombrichi, loro ſi vedono conſumate. Queſta parte, che reſta ſprovviſta di penne, diventa alla viſta bianchiccia, e mutata in callo, o coperta di una ſpecie di forfora.

Dalla *Cornacchia* comune ſi diſtingue ſpecialmente dall' eſser di eſsa maggiore, e per le ſue penne celeſti-nere lucenti.

IN Europa habitat, gregatim volat, & lumbricis, frugibuſque victitat, ideoque plurimum agris infeſta. Cornicibus *aetate provectioribus plumae, quae circa baſim roſtri ad oculos uſque ſitae ſunt, crebro roſtri ad terram attritu, abraſae obſervantur, roſtrum enim in terram profundius ſaepe intrudunt ad lumbricos extrahendos. Pars autem illa plumis ſpoliata, albicante & furfuracea ſubſtantia, vel callo obducitur.*

A Cornice *vulgari diſtinguitur praeſertim magnitudine, qua illam ſuperat, & pennarum nitore nigro-caeruleo.*

T. CXLVI. B. – 18. –

CORNACCHIA, detta Mulacchia nera. — *Cornix Monedula; Lupus; Graccula; Scurra* &c. — *Monedula, ſive Lupus* Aldrov. & Willugb. — *Gracculus vel Monedula, Lycos* Ariſtotelis, Geſn. — *Cornix garrula* Klein. — *Monedula* Briſs. ſp. 6. — *Monedula torquata* Charl. — *Corvus* [Monedula] *fuſcus, occipite ineavo, fronte alis caudaque nigris* Linn. Syſt. Nat. ſp. 5. — Gall. *Choucas*. — Angl. *Iack. Daw*; *The Gack-Daw*.

IL capo di queſta, in paragone del corpo, è aſſai grande, il che ſpiega eſſer ella aſſai aſtuta, e ingegnoſa. Vive in compagnia con le altre della ſua ſpecie, e abita nelle più elevate rupi de' monti, e nelle alte torri ancora, o antiche muraglie, e ne' diſabitati fortilizj, e ſuol fare il nido, almeno in Italia, nelle buche, o ſquarci di queſti tali luoghi. Non laſcia però di covare qualche volta anco negli alberi, e pone ſul principio di Maggio da tre fino a cinque uova, minori di quelle de' *Corvi*, ſiccome più sbiancate, e meno macchiate anco di quelle.

Nell' Autunno ſcende al piano; è dotata di diverſi noccioli, e noci, ſiccome di ciliege,

HUius caput, corporis reſpectu, eſt grandius, quod eam callidi & ſagacis ingenii eſſe arguit. Gregaria pariter eſt, & altiſſimas montium rupes, quandoque etiam deſertas turres, muros antiquos, & arces ruinoſas habitat, ſaltem in Italia, in quarum foraminibus nidulatur. In arboribus etiam interdum nidificat, & ova tria, vel quinque corvinis minora, pallidiora, & rarioribus maculis inſignita primo Maio ponit.

Ad planities in Autumno deſcendit. Ventriculo admodum muſculoſo inſtruitur, veſcitur-

que nucibus, ceraſis, granis, aliiſque frugibus, plu-

un ventricolo molto robuſto; e ſi ciba di ſemi, e di biade, non laſciando anco di ci-

cibarsi d' insetti, i quali per poter più facilmente rintracciare, e attrappare, suole, almeno presso di noi, seguitare i Bifolchi nel tempo, che arano i campi. Nella Svezia su l' Autunno parte dalla Smolandia; nell' Uplandia poi resta tutto l' anno, e la notte alberga nelle torri.

Perchè ella suol nascondere, e sotterrare i tritumi delle biade, che sazia essendo le avanzano, e raccogliendo nel seguente anno nuovo cibo dalle spighe, che indi ne nascono, perciò si dice, che abbia ella insegnato agli uomini l' arte del seminare. Ella è poi molto portata a rubare l' oro, e l' argento, che abbia acquistato il nome di *Monedula*.

pluribusque vescitur insectis, quae animalcula ut devorare, ac colligere facilius possit, Agricolas vomere terras inarantes, saltem apud nos, insequitur. In Svecia Autumno migrat e Smolandia, in Uplandia vero remanet, & per hyemem in turribus pernoctat.

Quia frumenti aliorumque granorum, ubi satiata fuerit, reliquias terra recondit, & spicas sub sequenti anno ex iis ortas colligit, ideo frumentum serendi rationem hominibus ostendisse dicitur. Auri praesertim, & Argenti furacitas in ea mira, unde a moneta, quandoque erepta, & abscondita, Monedula *dicta creditur.* e dall' aver essa trafugato delle monete si crede,

T. CXLVII.

CORNACCHIA, o Mulacchia scherzosa, o sia mischiata di nero e di bianco. — *Cornix altera, sive Monedula ex albo, & nigro varia; naturae lusus.* — *An Cornix varia* Frisch. & Briss. sp. 2. variet. *A, vel Corvus versicolor Feroensis* Worm. Mus.

L' Aldrovando, e il Gesnero ne descrivono una con una specie di collare bianco, la quale egualmente che la quì descritta non si deve reputare, che un' accidental varietà della specie comune.

Quella descritta dal Brisson era bianca nel basso delle guance, nella gola, nel collo inferiormente, nel ventre, e nelle penne maggiori delle ale. Ne sono state anco osservate altre variegate diversamente, a macchie, o

Aldrovrandus, & Gesnerus Monedulam *describunt, torque albo circumdatam, quae ut supra descripta, pro fortuita tantum varietate speciei communis haberi debet.*

Cornix varia Brissonii infima genarum parte, gutture, collo inferiore, medio ventre & remigibus maioribus albis instructa erat. Aliae etiam observatae sunt diverso modo variegatae, maculis, vel zonis, minoribus, crebrioribusque. striscie, minori, e fitte.

† T. CXLVIII.

CORNACCHIA, Mulacchia del Capo di Buona Speranza. — *Cornix Monedula Capitis Bonae Spei.* — *Monedula Capitis Bonae Spei* Briss. sp. 10. — Gall. *Le Choucas du Cap de Bonne Espérance.*

SI è creduto ben fatto ritenere i nomi generici di *Corvo*, di *Cornacchia*, e di *Coraccia* attribuiti a questi Uccelli da diversi Autori, a motivo di qualche differenza in essi osservabile, e perchè non si venisse a caricare un numero troppo grande di specie di un genere solo.

I *Corvi* si distinguono per ragione del becco grande, e superiormente inarcato, e a coltello.

Le *Cornacchie* son più piccole, e sebbene abbiano il becco simile a quello de' *Corvi*, non ostante è un poco più dritto, o meno convesso di quello.

Le *Cornacchie* poi lo hanno rotondetto, meno grosso, e tutto un poco arcato.

Corvi, Cornicis, & Coraciae *generica Auctorum nomina libenter retinuimus, habita ratione differentiae aliquantisper in his Avibus observandae, & ne specierum quantitate unicum tantum genus nimis oneraremus.*

Corvi *rostro donantur magno crasso, ac superius fornicato, & cultrato.*

Cornices *minores sunt corpore, rostro vero* Corvinis *aemulo, licet plerumque rectiore, sive minus convexo.*

Coraciae *autem rostro donantur teretiusculo, minusque crasso, & parumper arcuato.*

6. CORNACCHIA interiormente bianca. = *Cornix candida* Schwenck & Briss. sp. 2. variet. *B. quae non solum pennis in universo corpore donatur albis, sed rostro, pedibus, & unguibus candicantibus.*

7. CORNACCHIA frugilega, o devastatrice de' seminati cenerina. *Cornix cinerea frugilega* Aldrov. Ionst. Schwench.

ench. Klein. Rzac. = *Corvus cinereus* Barr. Ornith. = *Corvus ſemicinereus* Charl. & Sibb.. = *Cornix varia, marina, hiberna* Geſn. = *Cornix cinerea vel varia* Rzac. = *Cornix, ſive Corvus cinereus* Friſch. = *Cornix aquatica* Sibb. = *Cornix cinerea* Briſs. ſp. 4. = *Corvus* [*Cornix*] *cineraſcens, capite, gula, alis caudaque nigris* Linn. Syſt. Nat. ſp. 4. = *Diſtinguitur capite, gula, alis, caudaque nigris, reliquis partibus cinereis ad viride inclinantibus a gula ad medium collum ſubtus nigra, roſtro, pedibus & unguibus pariter nigris. Aeſtate in altiſſimis montibus habitat & nidificat; per Hyemem vero in planitiem deſcendit. Ova quatuor parit referente* Linnaeo *in Fn. Svecica; edit inſecta, & varia cadavera, volat gregatim, erucas depaſcitur, hinc purgat paſcua & prata a vermibus, qui foenum conſumunt; futurae tempeſtatis & venti nuncia in maritimis; edit etiam Limaces & Ranarum capita; eradicat gramina ſub quibus larvae latent; reſpicit ſedens adverſum ventum.*

8. Cornacchia tutta nera di Giammaica. = *Cornix in toto corpore nigra Iamaicenſis.* = *Corvus garrulus ater* Brown. = *Cornix nigra garrula* Sloan. & Raii. = *Naribus amplis* Klein. = *Cornix Iamaicenſis* Briſs. ſp. 5. = *Perpetuo garrit voce ſatis diverſa a voce noſtrarum Cornicum Europearum. Baccis victitat ſicut & Scarabeis. In Iamaica habitat, praeſertim in Inſulae Septentrionali parte, cuius montes incolit.*

9. Cornacchia Mulacchia col collare. = *Cornix, Monedula torquata.* = *Monedula torquata* Charl. & Briſs. = *Monedula altera* Aldr. = *Aliud Monedulae genus* Ionſt. = *In omnibus cum Monedula* Tab. CXLVI. *convenit, praeterquam quod collum habeat albo torque circumdatum. In Helvetia invenitur.*

10. Cornacchia Mulacchia tutta bianca. = *Cornix Monedula candida* = *Monedula candida* Schwench. & Briſs. ſp. 6. variet. *B.* = *A Monedula vulgari differt colore in toto corpore albo, ac roſtro ſubflaveſcente.*

11. Cornacchia Mulacchia tutta nera. = *Cornix Monedula nigra.* = *Monedula nigra; ſpermologus, ſive frugilega* Friſch. cum ſatis accurata Icone. = *Cornix* Charlet. & Sibb. = *Monedula nigra* Briſſ. ſp. 7. = *Monedulae vulgari paullulum craſſitie cedit, ſplendide nigra, punctulis albis oculos ambientibus, roſtro, pedibus & unguibus nigris. Turrium deſtructarum muros frequentat, in quarum foraminibus nidificat.*

12. Cornacchia Mulacchia dell' Alpi. = *Cornix Monedula Alpina. Pyrrhocorax* Geſn. Aldrov. Ionſt. & Briſſ. ſp. 8. = *Monedulam vulgarem craſſitie circiter aequat, in toto corpore nigricat, roſtro recto, non admodum craſſo, luteo, quo colore eiuſdem etiam pedes inficiuntur. Habitat in Alpibus.*

T. CXLIX. B. -- II. --

CORACIA, o Corvo corallino. *Coracias* Aldrov. & Sibb. — *Coracias Pyrrhocorax etiam dicta* Rai. — *Coracia* Ionſt. & Briſſ. ſp. 1. cum optima Icone. — *Coracias, ſive Pyrrhocorax* Willugh.. — *Coracias Ariſtotelis, Pyrrhocorax* Charl. — *Gracculi* tertium genus Geſn. — *Gracculus Coracias roſtro & pedibus rutilis* Geſn. — *Cornix roſtro, pedibuſque rubris* Klein. — *Monedula Pyrrhocorax* Haſſelq. — *Upupa* (*Pyrrhocorax*) *atra, roſtro pedibuſque rubris* Linn. Syſt. Nat. ſp. 4. — Gall. *Coracias; Choucas; Choquar; Chovette rouge, & Corneille, ou Choucas de Cornovaille.* — Angl. *Corniſh-Chough.; Cronwall-Kae; Killegrew.*

PEr ragione del becco ſpecialmente, che è lungo, mediocremente appuntato, e inarcato differiſce da' *Corvi*. Abita nelle rupi, ſopra le Chieſe, ſu i fortilizj diroccati, e ſu gli ſcogli; nelle Maremme frequenta il lido del mare, e dentro terra ſi tiene alla montagna. E' un Uccello piuttoſto comune in Inghilterra, nè ſolamente trovaſi nella Cornovallia, ma nella Wallia ancora, e in tutta la parte occidentale dell' Iſola ſu i lidi declivi e ſcoſceſi alla marina.

Quella, che quì viene rappreſentata, fu più volte mandata al Marcheſe Giovanni Gerini tanto da' monti di Bergamo, che dalle noſtre montagne delle Panie ſopra a Pontremoli, e ſempre fu trovata molto più piccola di quella, che trovaſi alla Tav. CLII.

L' Aldrovando vuole, che quella ſpecie d' Uccello, detto *Pirrocorace*, ſia diverſa dalla *Coracia*; il Bellonio però fa queſti due nomi fra loro ſemplicemente ſinonimi, e ſignificanti un individuo ſolo. Realmente ſi deve confeſſare, che ſia una ſpecie diverſa, ſe tale ſi ritrovi, quale dall' Aldrovando, e dal Briſſon ci vien deſcritta, e tale è quella da noi accennata, e deſcritta ſopra al num. 12. con il becco, e i piedi gialli.

ROſtro praecipue rubro, longiore, modice acuto & inflexo a Corvis *differt. Rupes, templa, arces dirutas, & ſcopulos habitat, mariſque littora, in maritimis, frequentat, in interraneis vero montes. Apud Anglos obvia avis, nec in Cornubia tantum, ſed in Wallia, totoque occidentali Angliae latere ad maris littora declivia, & praerupta invenitur.*

Quae depicta hic obſervatur Avis pluries e montibus Bergomenſibus, & Alpibus noſtris Apuanis ad Marchionem Ioannem Gerinium miſſa fuit, ac ſemper magnitudine illa, quae ſub Tab. CLII. oſtenditur, longe inferior.

Aldrovandus Pyrrhocoracem *Avem a* Coracia *diverſam eſſe contendit; Bellonius vero nomina haec eiuſdem Avis ſynonima facit. Fatendum equidem eſt diverſam eſſe, ſi modo talis reperiatur, qualis ab Aldrovando deſcribitur, nec non a Briſſonio, quae a nobis indicata ſupra fuit inter* Cornices *num.* 12. *ſcilicet roſtro atque pedibus flavis.*

TUCANO Mangiapepe . — *Tucana Piperivora* . — *Tucana* Charl. — *Tucana , quam Lerius & Thevectius vocant Toucan* Io. de Laet. & Ionſt. — *Avis Piperivora* Aldrov. — *Pica Braſilienſis* Alb. — *Naſutus* Klein. — *Rhamphaſtos , Hipporynchos & Burynchos* aliis Klein. — *Pica Barbara & Piperivora* nonnullis . — *Bucco* Moehr. — *Toucan Braſilienſibus* Marcgr. — *Roſtrata Americana nigra* Barr. Ornith. — *Tucana Braſilienſis & Cayanenſis gutture luteo* Briſs. ſp. 2. & 5. — *Ramphaſtos* [*piperivorus*] *roſtro nigro carina craſſiſſima* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — Gall. *Le Toucan ; Pie du Breſil* ; *Le Toucan a gorge jaune du Breſil , ou de Cayenne.* — Angl. *Great Beakt Pie of Braſil , or Pepper Pie ; The Braſilian Pie .*

SI contano almeno dodici differenze di queſt' Uccello , riguardo alla groſſezza dell' animale, riguardo a' colori, e riguardo alle varietà del becco . Queſto *Tucano* , ſiccome quello di Caienna citato dal Briſſon ſp. 2. hanno diverſe penne delle copritrici della coda, tanto di ſopra , che di ſotto , di color cremiſi ; e quello del Braſile ſp. 5. del medeſimo Briſſon ha le ſuddette penne di color giallo , differenza in vero aſſai piccola , che non deve formare una diverſa ſpecie , e perciò queſte differenze devono dirſi accidenti d' una ſpecie ſola .

Hanno queſti i piedi ſimili a quelli de' *Picchi ;* e il becco lungo e groſso quanto il capo, e dentato più , o meno, a foggia di ſega , e la lingua della figura di una penna . La ſoſtanza del loro becco è ſottiliſſima, quanto una membrana , ma di ſoſtanza cornea , o d' oſſo , diafana , levigatiſſima , vuota , e capaciſſima ad eſſer ripiena d' aria .

Per ragione di queſto becco così grande , e più ancora per eſſer curvo differiſce il *Tucano* da' *Picchi* ; non uſa neppure l' iſteſſo cibo , non potendone far uſo , a cagione della deſcritta conformazione del becco . Per quanto ſi ſa il *Tucano* non prende inſetti, ma va dietro a' ſemi delle piante , alle bacche , e altri frutti , e particolarmente è avido del Pepe , che ſuol rendere per eſcremento intiero , e non alterato . I Paeſani , che ſuppongono per queſta ragione domata in eſſo molta della ſua acrimonia , antepongono queſto a quello colto dalla pianta .

* *DUodecim ſaltem huius Avis , quoad magnitudinem , colores , & roſtri varietates , enumerantur differentiae .* Tucana *haec noſtra , & Cayanenſis Briſſonii ſp. 2. tectricibus nonnullis caudae ſuperioribus & inferioribus donatur coccineis ; Braſilienſis vero eiuſdem Briſſonii ſp. 5. iiſdem caudae tectricibus donatur luteis , minima certe varietas , quae diſtinctam ſpeciem conſtituere non poteſt , ideoque una eademque Avis dicenda .*

Digitorum diſpoſitio in hac Ave , Picorum *more , obſervatur : roſtrum longum craſſitie caput aequans ſerrae inſtar plus minus denticulatum ; lingua vero pennae aemula , ſive pennacea . Subſtantia roſtri eſt tenuiſſima inſtar membranae , ſed cornea , vel oſſea , ſplendida , laeviſſima , cava , atque aeris intus capaciſſima.*

Hac roſtri magnitudine , & ſignanter curvatura , qua donatur , plurimum a Picis *differt ; eodemque nec cibo utitur , nec indicata roſtri ſtructura uti poteſt .* Tucana , *quantum novimus , vermipeta non eſt , ſed ſemina plantarum , baccas fructuſque , imprimis Piperis quaerit , quod inconcoctum & crudum adhuc eiicit . Incolae , vim ea ratione Piperis domitam credentes , illud ab Ave deiectum recenti praeferunt .*

T. CCIV. B. -- 16. 1.

TUCANO del Braſile detto Aracari . — *Tucana Aracari Braſilienſibus* . — *Cuculus Braſilienſis , Aracari* Marcgr. Klein. — *Aracari* Piſ. — *Aracari Braſilienſibus* Marcgr. Ionſt. Willugh, & Rai. — *Tucana Braſilienſis viridis* Briſs. ſp. 9. — Gall. *Le Toucan verd du Breſil ; Oiſeau des Terres neufes .*

E' Queſto un Uccello della grandezza del *Picchio Marzuolo*, che ſi vede alla T. CLXXII. ed ha la lingua come l'antecedente, lunga da quattro pollici , nera , e della figura appunto di una penna . Trovaſi nel Braſile , al Surinam ,

* PIci Martii *ſub Tab.* CLXXII. *expoſiti magnitudine eſt Avis . Linguam habet ut ſuperior laeviſſimam , quatuor digitos longam , nigram , & aſpectu plane pennam referentem . Habitat haec ſpecies in Braſilia , Surinama , & Cayana.*

Eiuſ-

nam ; e a Caienna. Forſe è una ſemplice varietà del deſcritto più a baſso ſotto il num. 4.

Alcuni di queſti Uccelli hanno le narici collocate fuori della ſoſtanza cornea, che forma il becco, preſso la baſe di eſſo, e ricoperte dalle piume; altri le hanno ſituate ſulla ſoſtanza ſteſſa del becco, e ſcoperte.

Eiuſdem forte ſub num. 4. deſcriptae tantum varietas.

In nonnullis huius generis Avibus nares prope mandibulae ſuperioris exortum & extra materiam corneam ſunt collocatae, & plumis coopertae; in aliis ſupra ipſam materiam corneam, & conſpicuae ſive nudae.

3. TUCANO comune. = *Tucana* Briſs. ſp. 1. = *Pica Braſilica* Geſn. Aldrov. Willugh. & Rai. = *Pica Braſilica, aliis = Pamphaſtos Hipporynchos, & Burinchos, aliis Barbara, & Piperivora* Ionſt. = *Roſtrata Americana, nigra, ventre & uropygio coccineis* Barr. Ornith. = *Avis Piperivora nonnullis* Willugh. & Rai. = *Ramphaſtos* [*Picatus*] *roſtro rubro, apice nigro, carina compreſsa* Linn. Syſt. ſp. 3. = *Superne nigro-viridans eſt, dorſo infimo & uropygio ad cinereum vergentibus; pectore aurantio; ventre & rectricibus caudae inferioribus coccineis; rectricibus ſuperne nigro-viridantibus, ſubtus nigris, apice coccineis. Roſtro inter congeneres magno donatur, baſi nigricante, nunc rubro apice nigro, nunc flavicante viridi obſcuro adumbrato apice rubeſcente; Guineae, & Braſiliae indigena.*

4. TUCANO di gola e collo inferiormente bianco del Braſile. = *Tucana Braſilienſis gutture & collo inferiore candidis.* = *Aracari* Marcgr. = *Picus Americanus* Hernand. = *Paſser longiroſtrus* Nieremb. = *Xochitenacatl tertia* Rai. = *Pica Braſilienſis* Edw. = *Tucana Braſilienſis gutture albo* Briſs. ſp. 3. = *Ramphaſtos* [*Aracari*] *roſtro nigro, maxilla ſuperiore lateribus alba baſi triloba* Linn. Syſt. Nat. ſp. 4. = *Columbam domeſticam craſſitie circiter aemulatur; nigro viridans; genis, gutture, & collo inferiore candidis; taenia tranſverſa in ſummo pectore coccinea, uropygio, & rectricibus caudae ſuperioribus albis, inferioribus pallide rubris; roſtro parum conſpicue denticulato, luteo-virideſcente, exceptis marginibus aurantiis, & exiguis taeniis tranſverſis nigricantibus inſignitis, & excepto quoque apice per unius circiter pollicis intervallum ſplendide coccineo, in mandibula ſuperiore; inferiore vero apice coccinea, in reliqua vero ſui longitudine caeruleo imbuta colore, exiguis taeniis tranſverſis nigricantibus ad margines. Aracari altera ſpecies ſub Tab. CCIII. oſtenditur.*

5. TUCANO di gola, e collo inferiormente bianco di Caienna. = *Tucana Cayanenſis gutture & collo inferiore albis.* = *Tucana Cayanenſis gutture albo* Briſs. ſp. 4. cum optima icone = *Plurimum cum ſuperiori convenit, exceptis rectricibus caudae ſuperioribus ſulphureis, inferioribus coccineis, roſtri taenia ad baſim nigra, altera inde flavicante, altera inſequente nigra, & altera tandem uſque ad apicem flavicante, in mandibula ſaltem ſuperiore. Pedibus donatur plumbeis, unguibus nigris. Cuncta ſibi oblata devorat.*

6. TUCANO del Meſſico col collare. = *Tucana Mexicana torquata* Briſs. ſp. 6. = *Cochitenacatl* Fernand. = *Superne nigra, inferne viridis; torque coccineo; collo inferiore in infima parte dilute luteo, rubris maculis atriſque lineis vario, imo ventre & rectricibus caudae inferioribus rubris; rectricibus nigris; mandibula ſuperiore candicante, inferiore nigra, pedibus e cinereo virescentibus. Habitat in Mexico circa Maris littora, & Piſcibus victitat.*

7. TUCANO verde del Meſſico, *Tucana Mexicana viridis* Briſs. ſp. 7. = *Xochitenacatl* Fernand. = *In toto corpore eſt viridis, rubro & pavonino colore variegata; roſtro luteo ac nigro colore vario; pedibus & unguibus nigris. Magnitudine Tucanam Tab. CCIII. aemulatur. Habitat in Mexico, ibique regiones maritimas frequentat.*

8. TUCANO verde di Caienna. = *Tucana Cayanenſis viridis* Briſs. ſp. 8. cum accurata icone. = *Merulam craſſitie corporis non multum ſuperat; ſuperne obſcure viridis, inferne ſulphurea, capite & gutture nigris; uropygio coccineo; rectricibus ſuperne obſcure viridibus, inferne viridi-cinereis; mandibula ſuperiore lutea lateribus rubris, duos iſtos colores taenia exigua utrinque diſtinguente longitudinali nigra; mandibula vero inferiore nigra, ad baſim rubra; pedibus plumbeis, unguibus nigris. Foemina in hac ſpecie diſcrepat capite, gutture, & colli inferioris parte gutturi finitima eleganter caſtaneis, quae partes in mare nigrae ſunt.*

9. TUCANO di gola gialla di Caienna del Briſson. = *Tucana Cayanenſis gutture luteo* Briſs. ſp. 2. = *Videatur Tucana Tab. CCIII. quae ab hac vix differt, immo una eademque Avis a nobis credita. Braſilienſis Briſſonii donatur rectricibus caudae ſuperioribus ſulphureis, inferioribus coccineis, Cayanenſis vero ſuperioribus, inferioribuſque coccineis, Braſilienſis inſuper taenia tranſverſa in ſummo pectore diſtingnitur coccinea, Cayanenſis autem in toto pectore & ſuprema ventris parte coccineo colore imbuitur, in reliquis vero partibus & coloribus exacte conveniunt, ideoque contemnendae prorſus varietates. Etiam mandibularum margines dicuntur rubrae in Cayanenſi; cum reliquo roſtri colore, ſcil. nigro, concolores in Braſilienſi, quae partium diſcrepantia varietatem tantum, non ſpeciem diverſam conſtituere valent.*

10. TUCANO di Caienna col collare. = *Tucana Cayanenſis torquata* Briſs. ſp. 10. cum optima icone. = *Roſtrata Americana viridans roſtro nigro partim rubro* Barr. Ornith. = *Pica minor roſtro denticulato vario* Barr. Hiſt. = *Ramphaſtos* (*Tucanus*) *roſtro rubro, carina obtuſa alba* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. = *Corporis craſſitie Merulam ut plurimum aemulatur; viridi-olivaceo colore in univerſum praecipue tingitur; capite, collo, pectore & medio ventre nigro-calybeis; macula ad aures flavo-aurea, collo ſuperiore torque flavo-aurantio cincto; tectricibus caudae inferioribus coccineis; rectricibus ſuperne viridibus, inferne fuſcis, apice caſtaneis; roſtro ſatis conſpicue denticulato; Mandibula ſuperiore exiguo intervallo ad baſim rubra, in reliqua vero longitudine nigra, inferiore vero a baſi uſque ad medium rubra, a medio ad apicem nigra; pedibus plumbeis, unguibus nigris.*

11. TUCANO giallo. = *Tucana lutea* Briſs. ſp. 11. *Xochitenacatl* Ionſt. & Charlet. = *Alia Xochitenacatl* Nieremberg. & Willugh. = *Magnitudine & craſſitie Columbam adaequat. Dilute lutea eſt, taenia utrinque longitudinali a roſtro ad pectus uſque nigra; rectricibus alarum ſuperioribus minimis luteis; rectricibus albo & nigro variis; roſtro nigro, pedibus fuſcis, unguibus vero ex albo nonnihil luteſcentibus. Habitat in Mexico.*

12. TUCANO blù. = *Tucana caerulea* Briſs. ſp. 12. = *Pica Breſſilica ſecunda* Aldrov. = *Pica Xochitenacatl dicta* Ionſt. = *Altera Xochitenacatl* Nieremberg. & Fernand. = *Magnitudine & craſſitie cum praecedente convenit; in toto corpore caeruleo & cinereo variegatur; oculi ſunt nigri; ipſorum irides ex luteo rubeſcentes; mandibula ſuperior lutea, inferior vero ſubnigra, & in purpureum colorem vergens. Habitat in Mexico, ubi* Xochitenacatl *appellatur, ibique Maris littora frequentat, & Piſcibus victitat.*

T. CCV. B. -- 10. --

UPPUPA volgarmente BUBBOLA, e in qualche luogo d'Italia detta anco Galletto di Marzo, e Galletto di Maggio. — *Upupa* Geſn. Aldrov. Ionſt. Willugh. Rai. Schwench. Charl. Sibbald. Rzac. Friſch. Moehr. Klein. — *Upupa; Epops* Geſn. — *Upupa varia, criſta rufa, in ſummo nigra* Barr. Ornith. — *Upupa Plinii; Gallus lutoſus; Gallinaceus ſtercorarius* Rzac. — *Upupa* [*Epops*] *criſtata variegata* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — Gall. *Hupe; Purput; Lupoge; Puput.* — Angl. *Hoop; Hoopoop.*

UGuaglia in groſſezza quaſi la *Merla*, o il *Tordo*, e ſuol peſare tre once. La ſua lingua è cortiſſima, e ripoſta aſſai indentro, non appuntata, e non intagliata, ma di forma triangolare. Si ciba di vermi, formiche, bruci, e altri inſetti. Mangia pure avidamente diverſe bacche di alberi, e ſull' entrare dell' Autunno ſi ſazia d' uva, come oſſervarono diverſi degli antichi, e fra gli Autori noſtri Italiani l' Olina, il quale anco ci ha laſciato ſcritto, che partoriſce tre o quattro uova nelle buche degli alberi, o delle muraglie, le quali ſecondo l' Ionſton ſono ſimili a quelle di *Pernice*, ſebbene più piccole, più dure, e alla viſta più brutte. Il Willughby vedde delle *Bubbole* in quantità preſſo Colonia, e in altri luoghi della Germania ſuperiore. Il Turnero aveva detto, che queſt' Uccello non trovavaſi punto in Inghilterra; ma ciò non è vero, perchè in Northumberland, e nel territorio di Surrey alcune volte ſi vede, per quanto almeno fu riferito al medeſimo Willughby, e da oſſervatori degni di fede.

Ariſtotele, e Olao Magno aſſeriſcono che incroſta il nido con lo ſterco, e particolarmente con l' umano, in vece di ſervirſi di terra, e che ciò faccia per allontanare col fetore di eſſo, o gli uomini, o gli animali velenoſi. Aſſai di rado poſa ſu gli alberi, ma quaſi ſempre in terra, ſpecialmente dove ſono immondezze. Ha la *Bubbola* un volo molto tardo, e vola a ſalti. Una gran parte dell' anno ſtà celato nelle buche degli alberi, e in altri naſcondigli, e perciò nella Primavera compariſce ſpelato.

Per aſſerzione del Sig. Linneo trovaſi anco ne' boſchi della Svezia, dove per oſſervazione dello ſteſſo depone nelle buche degli alberi due ſole uova di color cenerino. Con la voce pronunzia quaſi il nome che ha, cioè *bu bu*, ovvero *pu pu*, per la qual coſa facilmente ſi diſtingue dagli altri Uccelli. Vogliono alcuni, che nell' Eſtate canti alquanto diverſamente dall' Inverno; ſe produce una ſpecie di gemito indica

piog-

* *CRaſſitie* Merulam *circiter, vel* Turdum *aequat, penditque uncias tres circiter. Lingua huic breviſſima in profundo latitans, obtuſa, integerrima, triquetra. Vermibus, Formicis, Erucis, aliiſque inſectis veſcitur. Uvis etiam, aliiſque baccis ſub Autumno eam ſe ſaturare tradiderunt veteres, obſervavitque inter Italos Auctores Olina, qui eandem ova tria, quatuorve in arborum, murorumque cryptis parere ſcripſit, quae* Perdicum *ſimilia, ſed minora, duriora, & aſpectu deformiora dixerat Ionſtonus. Circa Coloniam & alibi in Germania ſuperiore frequentes* Upupas *obſervavit Willughbeius; Turnerus in tota Britannia nuſquam reperiri hanc Avem dixit; verum falſum hoc eſt, nam in Northumbria, & agro Surreiano interdum cerni ab idoneis teſtibus memorato Willughbeio relatum fuit.*

Ariſtoteles, & Olaus Magnus nidum, luti vice, ſtercore humano potiſſimum, circumlinire teſtantur, ſeu ut intolerabili odoris foeditate homines ab eodem fuget, ſeu ne venenata ad eundem animalia accedant. Rarius arboribus inſidet, ſaepius in terra, maxime ubi immundities eſt. Lente admodum volat atque interrupte. Plurimo anni tempore in montium anguſtiis, & arborum cavis locis latitat; ideo Verno tempore deplumis conſpici ſolet.

Teſte Linnaeo in Sveciae etiam vaſtiſſimis ſylvis habitat, cuius Auctoris teſtimonio ova duo in cavis arboribus ponit cinerea. Sono proprium quaſi nomen recitat, ſcilicet bu bu, *vel* pu pu, *unde facile dignoſcitur. Vox vero per Aeſtatem, ut aſſerunt quidam, ab illa quam per Hyemem edit diverſa eſt; ſi gemit pluviam,*

ſi

piogga ; ſe alza la voce indica eſservi nella macchia vicina la Volpe ; ſe canta avanti la ſtagione delle viti , vogliono , che ſignifichi abbondanza di vino ; ma per i contadini Svedeſi è augurio di Guerra . Grand' uſo è ſtato fatto di eſsa in medicina , particolarmente dagli antichi , e dagli Arabi , ma circa a queſte ſue mediche virtù , credo ſenza errore di poter dire che ſieno tutte favole . Si dice che la femmina ſia ſempre più grande del maſchio . Per teſtimonianza dell' Olina vive da tre anni o poco più . Da queſto autore ſi può apprendere la maniera di farla campare , e ſuſſiſtere in gabbia .

Nel manoſcritto di queſt' Ornitologia trovanſi regiſtrate alcune oſſervazioni del Sig. Marcheſe Giovanni Gerini , ſtimate non diſpregevoli , e perciò ſi ſono quì aggiunte , e ſono le ſeguenti .

La *Bubbola* ſi vede in Toſcana ſulla fine di Aprile , e tra l' Agoſto e il Settembre ſpariſce , paſsando forſe in altri paeſi . Cova due , e tre volte all' anno facendo quattro , o cinque uova , e alcuna volta anco ſei , ponendo il ſuo nido nelle buche degli alberi , o delle fabbriche deſolate , e intonacandolo internamente di ſterco di Vacca . Queſto medeſimo Illuſtriſsimo ed eſattiſſimo oſservatore delle coſe attenenti all' Iſtoria degli Uccelli vedde pure nel noſtro mercato una *Bubbola* con le penne che formano la ſua creſta colorite in cima di celeſte pieno , e un' altra volta tornò a vedere una *Bubbola* ſimile a queſta nelle Alpi del Mugello preſſo a Ronta . Queſta pure nell' originale trovaſi dipinta , ma per non allungarci poco neceſsariamente l' abbiamo laſciata .

ſi clamat Vulpem in vepretis haerere indicat ; ſi ante vitium tempus canit , inſignem vini copiam praenunciare tradunt ; Sveciae Ruſticis vero Bellonae omen evadit . Magnum in medicina uſum obtinuit , praecipue apud veteres & Arabes , verum quae de facultatibus eiuſdem medicis adducuntur , fabulas eſſe omnes non dubito . Foeminam mare maiorem ſemper eſſe aiunt . Olina teſte tres circiter annos vivit . Ab hoc ipſo Auctore norma , qua in cavea enutriri poteſt , deſcribitur .

In MS. noſtrae Ornithologiae obſervationes nonnullae a Marchione Io. Gerinio inſtitutae , ac commemoratione non indignae recenſentur , quas hic tradere nemini iniucundas fore arbitrati ſumus , & quae ſequuntur ſunt .

Upupa *in Etruria exeunte Aprile adparet , & inter Auguſti , ac Septembris menſes ab hominum conſpectu ſe ſe ſubtrahit , alias forte Regiones quaerens ; bis , terque in anno ova parit numero quatuor , quinque , ac interdum ſex , nido in cavis arboribus , murorumque deſertorum , aedificiorum foraminibus adcomodato , ac ſtercore Bubulo circumlinito . Illuſtriſſimus idem & accuratiſſimus Ornithologus aliam huius ſpeciei Avem in foro huius Civitatis obſervavit , quae pulcherrima inſtruebatur criſta , pennis in ſummitate intenſe caeruleis , quam varietatem & iterum in Alpibus noſtris Mugellanis circa Oppidum vulgo Ronta vidit . Haec pariter in Codice autographo depicta eſt , ſed brevitatis laudabilioris gratia a nobis ſupprimitur .*

T. CCVI. B. — 10. —

UPPUPA, o BUBBOLA Americana gialla . — *Upupa Americana lutea* . — *Upupa crocea* Linn. Syſt. Nat. edit. 6. gen. 45. ſp. 2. quae in edit. 10. deeſt . — *Upupa Americana , crocea , ſaxatilis* Barr. Ornith. — *Gallus ferus , ſaxatilis , croceus , criſtam e plumis conſtructam gerens* Barr. Hiſt. — *Rupicola* Briſs. T. IV. gen. 55. pag. 437. — Gall. *Le Coq-de Roche* . — Angl. *Widdehop ; Hoopoe Hen* .

PEr ragione del becco corto , groſſo , e verſo la cima lateralmente compreſſo , e non lungo , nè ſottile e alquanto inarcato , come nella ſpecie antecedente , ſi deve queſta rimuovere dal genere di *Bubbola* , e col Briſſon riportare ad un genere diſtinto , quale è quello di *Rupaiola* . Il Briſſon la diſſe latinamente *Rupicola* dall' abitare eſsa nelle rupi de' monti . Per queſta medeſima ragione altri l' avevano chiamata *Galletto ſalvatico* , e *ſaſſaiolo* . In groſſezza uguaglia un *Piccion groſſo* . Trovaſi al Surinam , e per tutta la Guiana . Linneo cita alcune altre ſpecie di *Bubbola* , quali ſono le appreſſo ,

ROſtro brevi craſso verſus apicem lateraliter compreſſo , nec ut in ſuperiori ſpecie longo , gracili , ac parum arcuato , revera ab Upupae *genere diſiungenda haec Avis videtur , & cum Briſſonio ad aliud diſtinctum genus , nempe ad* Rupicolam *reducenda . Ob habitationem eius in rupibus optime* Rupicolae *nomen a Briſſonio inditum huic fuit . Hac ipſa eademque ratione alii ipſam* Gallum ferum , & ſaxatilem *appellarunt . Craſſitie cum* Columba Romana *convenit . In Surinama , & Guiana tota habitat . Linnaeus alias* Upupae *ſpecies habet , & quae ſequuntur ſunt* .

3. Uppupa, o Bubbola di Paradiso. *Upupa [Paradisea] rectricibus duabus longissimis* Linn. Syst. Nat. sp. 2. = *Avis Paradisiaca Manucodiata cristata Orientalis* Seb. = *Upupa Manucodiata* Klein. = *Cauda mediocri donatur, sed ex uropygio procedunt super caudam duae fulvae pennae, trunco Avis quadruplo longiores, unde Paradisiaca appellata fuit. In capite cristam amplam gerit cum collo coracini coloris; dorso fulvo; ventre cinereo; rostro pedibusque plumbeis. Habitat in Asia.*

4. Uppupa, o Bubbola Eremita. *Upupa [Eremita] viridis, capite flavo, cervice iubata* Linn. Syst. Nat. sp. 3. = *Hanc inter* Coracias *descripsimus num. 7. pag. 40. ideoque ibidem, quae de hac Ave observanda sunt, videnda.*

5. Uppupa, o Bubbola, detta Pirrocorace = *Upupa (Pyrrhocorax) atra, rostro pedibusque rubris* Linn. Syst. Nat. sp. 4. = *Hanc quoque ad* Coraciam *reduximus, ideoque eius varia nomina & qualitates videri possunt pag. 37. Tab. CXLIX.*

T. CCVII. B. 1. 4. --

GALLO comune, o domestico. — *Gallus vulgaris, sive Gallus Gallinaceus* Gesn. Ionst. Carleth. — *Gallus domesticus* Schwen. & Briss. sp. 1. — *Gallus versicolor vulgaris* Barr. Ornith. — *Gallus cauda erecta, crista carnea* Brown. — *Ales lucis Martialis* — *Ales praenuncia lucis Ovidii.* — *Phasianus (Gallus) cauda compressa adscendente* Linn. Syst. Nat. gen. 90. sp. 1. — Gall. *Coq; Gau; Geau; Gal; Gog; Poule commune.* — Angl. *Cok; Dunghill-Cock; Huse.Cock; Roost Cock.*

Gli Uccelli di questa Famiglia hanno il becco corto, forte, e alquanto curvo per raccorre comodamente i granelli de' quali in specie sogliono cibarsi; il corpo grosso, e molto carnoso; le ale corte, e concave, per la qual cosa non volano molto alto, nè molto lontano; il ventricolo armato di robusti muscoli per triturare i granelli anco durissimi, specialmente con l' aiuto di qualche sassuolo, che sogliono per tale effetto ingoiare; l' intestino ceco lunghissimo; la carne di color bianco, particolarmente quella del petto, e più che mai quando è cotta. Questa proprietà è affatto particolare agli Uccelli di questa Famiglia, e ciò significa esser la loro carne molto sana, e d' ottimo sugo.

Partoriscono moltissime volte. Nidificano in piana terra, e ciò nasce dal non essere alimentati dalla madre, ma bensì tostochè sono nati, dall' essere in stato di lasciare il nido, e seguitando dovunque la madre, di beccare, e alimentarsi da se stessi. Essendo poi questi per quanto si è detto corpulenti, nè molto atti al volo, si cibano passeggiando, e beccando sul terreno, e però hanno le dita larghe, mediante le quali meglio si sostengono, e corrono vigorosamente. La maggior parte, se non tutti, usano aspergersi di polvere. Non a tutte le specie di questa Famiglia, ma bensì al solo genere del *Gallo* la natura ha conceduto gli sproni.

Il Willughby distinse gli Uccelli di questa Famiglia in mansueti, o domestici, e in fieri, o salvatici; questi poi in quelli, che trovansi corredati del dito di dietro, come il *Fagiano*, e in quelli, che ne sono senza, come l' *Otarda*; finalmente distinse quelli corredati del dito posteriore, in granivori, e in erbivori, o baccivori, i quali possono essere distinti da un contrassegno anco più manifesto, come è quello d' avere i sopraccigli rossi, o cremisi. Il resto si troverà citato più a basso.

Gallinaceae Familiae Aves rostrum habent breve, validum, & nonnihil incurvum ad grana colligenda, quibus praecipue victitant, perquam idoneum; corpus crassum carne multa; alas breves, & concavas, quapropter altivolae non sunt, brevesque volatus faciunt; ventriculum crassis musculis instructum, quorum actio est grana duriora comminuere, calculorum adminiculo, quos hae Aves subinde deglutiunt; intestina caeca longissima; carnem albam, praecipue musculorum pectoris, qui color a coctione se prodit manifestius. Haec nota huic Avium familiae peculiaris est, quod indicium praebet carnem earum saluberrimam esse & optimi succi.

Multiparae sunt. Huni nidificant, cuius & ratio est, quia Pulli recens excluſi non aluntur a matribus, verum nidum deserunt, huc illuc cursitantes matres sequuntur, atque ipsi seipsos pascunt, cibum rostellis colligentes. Quoniam ut diximus corpulentae sunt Aves, nec admodum volaces, in terra plerumque obambulantes vescuntur, atque ideo latos obtinent digitos ad ei firmius insistendum, & plerumque etiam cursu valent. Pulveratrices sunt pleraeque, si non omnes. Gallinaceo generi soli, non omnibus aliis huius familiae speciebus calcaria conceduntur.

Aves hasce distinxit Willughbeius in mansuetas seu domesticas, & feras seu sylvestres; sylvestres ulterius in postico digito donatas, ut Phasianus, *& postico digito carentes ut* Tarda; *denique postico digito donatas in granivoras & phytivoras seu bacciferas, aut certiori nota superciliis rubris coccineisve insignes. Reliqua vide infra.*

T. CCVIII. B. 1. 8. –

GALLO con la creſta a paniera. — *Gallus Gallinaceus criſta in calathi modum efformata.*

TUtte le ſpecie di *Gallo* domeſtico, o ſia di *Gallina*, non ſono ſpecie reali, ma piuttoſto varietà; imperocchè tutte quelle differenze, per le quali ſi vedono gli uni differire dagli altri, ſi trovano alcuna volta riunite in un ſolo individuo. In queſto genere di Uccello la coda è di una forma particolare, dimanierachè ella potrebb' eſsere un ſufficientiſſimo carattere per diſtinguerlo da tutti gli altri generi, quando una ſimile ſtruttura ſi trovaſse coſtantemente in tutte quante le ſpecie, ma vi è qualche *Gallo*, che non ha punta coda.

Queſta coda, che vien portata ſempre alta, è compoſta da 14. penne, delle quali 7. ſono inclinate per un verſo, e 7. per l' altro in maniera che fra di loro formano un angolo molto acuto; una tal direzione di penne caudali è totalmente particolare agli Uccelli di queſto genere, e non trovaſi in altro genere finora conoſciuto. I *Galli* hanno le ali corte, e che non oltrepaſsano l' attaccatura della coda. I maſchi hanno in ciaſchedun piede uno ſprone, che non di rado diviene molto lungo e acuto. Il *Gallo* ſi può certamente dire l' orologio de' contadini, il maeſtro di tutti gli uomini, il modello de' Principi nel governare, l' immagine di un vero padre di famiglia, un valoroſo militare.

OMnes Galli, & Gallinae *domeſticae ſpecies non ſunt verae ſpecies, ſed potius varietates; omnes enim differentiae, quibus aliae ab aliis diſcrepant, quandoque in uno eodemque individuo ſimul coeunt. Cauda in hoc genere Avium ſingularem formam obtinet, quae caudae forma ad hoc genus ab omnibus aliis diſtinguendum omnino ſufficeret, ſi omnes huius ſpecies eſſent caudatae, ſed aliqua ex his cauda prorſus caret.*

Cauda, quam geſtant erectam, quatuordecim conſtat rectricibus, ſeptem in unum latus, ſeptem in alterum inclinatis, & ita diſpoſitis, ut inter ſe angulum acutum efforment, quae rectricum directio huius generis Avibus peculiaris eſt, & nulli alteri Avi notae convenit. Alis donantur brevibus, & caudae exortum non excedentibus. Mares in utroque pede calcari donantur quandoque longiſſimo & acutiſſimo. Gallus *equidem Agricolarum horologium, hominum magiſter, Principum in regendo exemplar, patris familiae exactiſſima imago, ac ſtrenuus miles merito dici poteſt.*

T. CCIX. B. $\frac{1}{1}$ $\frac{10.}{5.}$

GALLO Padovano. — *Gallus Patavinus* Aldrov. & Briſs. — *Gallus criſtatus* Barr. — *Gallus maior exoticus* Schnweck. — Gall. *Poule de Caux*.

I *Galli*, e le *Galline*, che ſi dicono Padovane, vengono propriamente da Polverara Borgo diſtante poche miglia da Padova. Queſte non differiſcono dalle noſtrali, che nella grandezza, e nel color delle penne più vago; e quando ſieno altrove portate inſenſibilmente degenerano e riduconſi alla grandezza delle comuni, s' intende ſempre la loro figliuolanza, non già quelle ſtate di là traſportate.

Il *Gallo* ſolamente fra gli Uccelli diurni, toltone il *Ruſignuolo*, canta di notte, cioè dopo la mezza notte due o tre volte avanti il far del giorno, a diverſe diſtanze. Il Klein lo chiama *Alector*, perchè ci riſveglia, e ci fa alzare dal letto.

GAlli, *ſive* Gallinae, *quae Patavinae dicuntur*, e *Pulverara vico aliquot milliaribus a Patavio diſtante, mittuntur. Hae vulgaribus maiores tantum ſunt & ſpecioſiores, & ſi in alias regiones transferantur, degenerant paulatim, & ad indigenarum magnitudinem brevi contrahuntur; earum vero progeniem, non ipſas translatas intellige.*

Gallus Gallinaceus *e diurnis Avibus ſolus, ſi* Philomelam *excipias, internoctu cantat, poſt mediam ſcilicet noctem, duabus tribuſve vicibus per intervalla ante lucis ortum. A Kleinio dicitur* Alector, *quia nos a lecto reſuſcitat.*

T. CCX. $\frac{1}{1}$ $\frac{1}{9}$ $\frac{2}{-}$

GALLINA Padovana barbuta. — *Gallina Patavina barbigera. Gallina magna Longobardica, vel Italica quorumdam.*

QUelle *Galline*, che quaſi tutto l' anno, e quaſi ogni giorno fanno l' uovo, come fra le

GAllinae *quae per maximam anni partem ac dietim plerumque ova edunt, ut Patavinae, in-*

le altre ſono le Padovane, non durano però lungo tempo in ſimile fecondità, ma dopo tre anni, o quattro al più, ſi riducono ſterili, perchè venendo loro a cadere dal fondo dell' ovaia tutti i principj dell' uova, che in origine ſi erano generati, e non formandoſene di nuovo, ceſſano di partorire.

L' età di queſti animali non è certa, quantunque l' Aldrovando la ſtabiliſca di dieci anni. Non ſi tengono dagli uomini che per frutto e guadagno, e ſiccome le *Galline* divengono ſterili aſsai preſto, ed i *Galli* con gli anni diventano poco buoni a mangiarſi, perciò non ſon laſciati invecchiare. Quella grand' età che da alcuni viene a' *Galli* attribuita la credo favoloſa, imperocchè in queſto genere d' animale, deſiſtendo la *Gallina* tanto preſto, come ſi è detto, dal partorire, e il *Gallo* ſnervandoſi per la ſalacità, e intemperanza venerea, che ſicuramente deve debilitarlo, ſono argomenti da far credere, che ſenz' altro debbano tali animali invecchiar preſto, e vivere non troppo lungamente.

La deſcrizione, e anatomia dell' ovaia delle *Galline*, e delle altre parti inſervienti alla generazione, ſiccome l' iſtoria della generazione, dell' eſcluſione, e cova dell' uova, ſi può diſteſamente vedere nell' Aldrovando, nel Geſnero, nell' Arveo, nel Malpighi, e in altri ancora.

Dell' allevar poi e mantenere queſti Uccelli, per quanto riguarda l' economia, e l' utile, che può ricavarſene, ne ha di corto e minutamente parlato il noſtro Sig. Abate Bonfanti in un libro da noi ſtato citato nel Catalogo degli Autori nel ſupplemento di eſſi poſto alla fine.

inter alias ſunt, tot partubus non diu ſufficiunt, ſed poſt tres quatuorve plurimum annos ſteriles & effoetae fiunt: delapſis enim quae ovario ab initio inerant ovorum rudimentis, parere deſinat neceſſe eſt, cum nova intus non ſuboriantur.

Quamdiu vivant hae Aves non conſtant, quamvis Aldrovandus decennio earum aetatem circumſcribat. Emolumenti enim cauſſa tantum aluntur, & cum intra paucos annos ad generationem ineptae foeminae evadant, & mares valde carne deteriores fiant, ab hominibus diutius non aluntur. Aetatem quam Gallis *nonnulli longiſſimam tribuunt, fabuloſam arbitror, nam in ſuo genere* Gallina *cum admodum cito, ut diximus, effoeta fiat,* Gallus *vero a ſalacitate, & veneris intemperantia, quae corpus, vireſque enervant, debilitetur, ſollicitam ut expediant hae Aves ſenectutem recte arguitur.*

Ovarii, & reliquarum partium generationi in Gallinis *inſervientium anatome & deſcriptio, pariterque de generatione, incubatu, & ovorum excluſione exactiſſima hiſtoria habebitur apud Aldrovandum, Geſnerum, Harveum, Malpighium, alioſque.*

De harum autem cuſtodia, atque utilitate in domeſtica oeconomia, nuperrime & abunde ſcripſit apud nos Dom. Abbas Bonfanti, cuius libri notitiam in Auctorum Catalogo prope finem, ſive in ſupplemento, adiecimus.

Si omnia, quae de Ave hac dicta ſunt, & a praecipuis Auctoribus indicantur, perſtringere voluiſſemus, Lectores certo certius, cum plurima praecipue nota omnibus ſint, taedio nimium afficeremus; ideoque nonnulla tantum, atque ſeparatim, in ſequentibus deſcribemus.

Se aveſſimo voluto raccorre, e ammaſsare quanto di queſti Uccelli vien raccontato, o detto dagli Autori, certamente avremmo molto tediato i Lettori, tanto più che la maggior parte delle coſe, che avremmo potuto dire, è già nota univerſalmente, perciò ſe ne toccheranno ſoltanto alcune, e alla ſtaccata negli articoli che ne ſuccederanno.

T. CCXI. B. 1. 2. —

GALLINA detta la vergognoſa. — *Gallina verecunda dicta.*

SI dice queſta vergognoſa a motivo di quella gran creſta che le pende dal capo, e le ricuopre la fronte, e gli occhi. Il primo Autore di queſta Raccolta trovò molte di queſte *Galline* in Romagna, e benchè aveſſero gli occhi coperti dalla ſpazioſa creſta, oſservò che mediante la loro induſtria nel portare il capo, e nel camminare, arrivavano a veder molto bene. Queſta pure deve dirſi mera varietà, e non ſpecie.

Della maniera di nutrire le *Galline*, i Gal-

VErecunda haec dicitur a magna & propendente criſta, quae huic frontem & oculos tegit. Ornithologiae noſtrae primus Auctor harum copiam per Romandiolae pagos, & rura obſervaverat, quae licet magna criſta oculos omnino tectos habuiſſent, recte admodum adhibita induſtria, peculiari inceſſu, & capitis geſtatione oculis utebantur. Mera & haec varietas non ſpecies dicenda eſt.

Da Gallinarum, Gallorum, & Caponum vi-

Galli, e i *Capponi*, non occorre che molto ne parliamo, essendo cosa alla scienza di tutti; e i precetti, che appartener possono all' ingrassamento loro, spettano piuttosto che a quest' opera ad un Trattato d' Economia. Avidamente si cibano d' Uva, e di Fichi, ma con loro danno, imperocchè le *Galline* cessano di far uova, e i Polli tutti si ammalano di pituita, o pipita. Faranno bensì le *Galline* molte uova se si darà loro del seme di Canapa, e più grosse ancora le faranno dandole dell' Orzo mezzo cotto, o seme di Nasturzio impastato con Crusca e Vino; per ingrassarle poi ottimo è il Grano cotto nell' acqua, siccome il Gran Siciliano, il Miglio, il Panico, l' Orzo, la Vena, e tutte quante le civaie, e molto ancora si loda il Citiso.

Vien costantemente creduto che le uova lunghe e acute sieno atte a produrre delle Pollastre, e che quelle che sono più tonde, o ottuse in quella parte, nella quale sogliono esser più acute, portino de' maschi. L' ingegno ha superato la natura, dice l' Ionston, imperocchè avrai sempre delle Pollastre, se porrai a covare delle uova che sieno nate a Luna piena. Si assegnano di cova fino al nascimento de' Pulcini giorni 21. dalla maggior parte degli osservatori, ma di qual cosa si abbrevia tal tempo, se l' aria sarà tiepida. Principiansi a porre le uova terminato l' Inverno, e ne' luoghi d' aria più temperata e molto fecondi a' primi anco di Gennaio. Migliore fra tutte è la covatura avanti l' Equinozio di Primavera; quelle che nascono dopo il Solstizio non producono tanto frutto, o Polli sì grossi, e sempre peggio vanno le covature, quanto più tardi saranno poste.

Nascono i Pulcini non tanto mediante la covatura delle *Galline*, ma con arte ancora senza di esse, con porre l' uova dentro il concio, o come si usa in Egitto tenendole per alcuni giorni in certi fornelli; ma di questo metodo se ne parlerà sotto la Tav. e num. CCXXXII. poichè questo artifizio può egualmente servire per far nascere tutte quante le uova, specialmente d' Uccelli domestici,

victu non est quod multa dicamus, cum notissima omnibus res sit, maximeque praecepta has Aves saginandi ad oeconomiam pertineant. Uvis & Ficubus impense, sed infeliciter vescuntur, steriles enim Gallinae *evadunt, & pituitosae omnes fiunt. Si semen Cannabis apposueris numerosorum ovorum partu gaudebunt, si vero Hordeum semicoctum, vel Nasturtii semen cum Furfure & Vino subactum exhibueris, maiora deponent; ad saginandum Triticum cum aqua coctum, potu interdicto, tum Mays, Milium, Panicum, Hordeum, Avena, Legumina omnia, atque Cytisus maxime laudantur.*

Gallinarum *ova oblonga & acuta excludere foeminas fertur, quae vero obtusa vel rotundae in ea parte sunt, quae acutior esse solet, mares. Auxit naturae dotes ingenium, inquit Ionstonus, nam foeminas habueris, si Luna plena nata supposueris. Dies ter septem exclusioni adscripserunt plurimi; minuuntur vero si tepidus aer accesserit. Confecta bruma poni incipiunt; circa Calendas Ianuarii etiam locis tepidioribus, & foecundissimis. Optima foetura ante Aequinoctium Vernum editur, post Solstitium nata, magnitudinem non implet, tantoque minus, quanto serius educitur.*

Excluduntur etiam Pulli absque Gallinarum *incubatu artificioso hominum industria adhibito fotu; collectis scilicet turmatim in terra ovis, & fimo infra supraque tectis, vel in fornacibus, ut in Aegypto mos est, ad plures dies detentis; sed de hac methodo sub Tab. & num.* CCXXXII. *cum ad omnia domesticarum praecipue Avium ova extendi aeque haec possit sermonem habebimus.*

T. CCXII. B. I. 4. –

GALLO calzato. — *Gallus pedibus hirsutis, sive pedibus plumosis.* — *Gallus plumipes* Briss. — Gall. *Le Coq patu.*

ANco in questa sorte d' Uccelli se ne danno alcuni tanto maschi, che femmine, con i piedi vestiti di piume, come è l' effigiato in questa Tavola. La femmina suol essere in tutto il corpo di color più giallognola del maschio, e suol avere la cresta piccola, i bargigli più corti, e il becco con i piedi gialli.

Tra i mali a' quali sogliono esser soggetti i Polli, uno è la Pipita, o catarro del capo, e l' altro il morbo pedicolare, o sieno i pollini, che sono per essi infestissimi mali.

SUnt quoque in hoc Avium genere pedibus quandoque hirsutis, quales sunt, quos damus, Gallus & Gallina. Gallina *vero in toto corpore flavescere plus minus solet, cristamque minimam gerere, paleas pariter breves, rostrum, & pedes luteos.*

Inter affectus corporis quibus Gallinaceum *genus infestatur, Pituita, sive Coryza, quae ipsis peculiaris ac inimicissima est, & ptiriasis, seu*

La Pituita, volgarmente Pipita è un umore, che

che procede in esi dal cervello, e attacca le narici, le fauci, e la lingua togliendo loro l' appetito, e la facoltà ancora sì di bere, che di mangiare. Il Palladio caratterizza questa malattia per una membrana bianca che involge la lingua, non senza pericolo alcuna volta di morte. La lingua divien loro dura, e restano molto danneggiate tutte le funzioni di essa, e delle parti contigue. Si vuole che nasca dall' impura bevanda; e per asserzione di Columella ciò accade specialmente allorchè è freddo, e manchino di cibo. Perchè restino esenti da questo male si dia loro a bere acqua limpidissima. Leontino macerava dell' Origano nell' acqua, che dava loro a bere. Columella poi vuole, che si profumino i Pollai, e ogni tanto si ripulischino da tutti gli escrementi.

Il costume praticato comunemente di trapassare una penna per i fori del naso, e giornalmente smuoverla, piuttosto serve a cagionar loro la morte. Molti sono i rimedj prescritti dagli Autori per questa malattia, e fra gli altri dall' Aldrovando, che volendo si può sopra di questo consultare. Quando il male abbia preso molto possesso, è d' uopo qualche rimedio assai gagliardo; soprattutto è espediente strappare con le unghie la membrana, e con strumento ancora dar esito a certe suppurazioni, che si formano nelle guance, e intorno gli occhi, e poi con appropriati medicamenti risanar la piaga e la ferita fatta.

Il morbo poi pedicolare, che è l' altro, di cui abbiam sopra fatto parola, consiste nell' empirsi essi di pidocchi, e anco di pulci, e specialmente le *Galline* allorchè covano, la qual malattia produce in esse una gran magrezza, e insensibilmente le consuma, ma è molto più facile dell' altro a medicarsi, anzichè i Polli medesimi, ammaestrati dalla natura, se ne liberano da se stessi coll' aspergersi di polvere. Per altro gli antichi scrittori delle cose della Campagna tanto Greci, che Latini, più rimedj hanno ordinato per questo male. Molti dicono, che si guariscono mediante un' unzione d' olio di Lino; il Palladio prescrive una polvere di Stafisagria, e Comino tostato per egual peso, disciolta con Vino; e quando il male abbia preso possesso nel più folto e interno delle penne, loda il decotto di Lupini.

seu pedicularis morbus, peculiares sunt. Pituita est humor e cerebro in nares, nec non in fauces destillans, edendi, bibendique cupidinem eis auferens linguaeque officiens. Palladius albam pelliculam vocat extremam linguam vestientem: adeo ut saepe periculo non careat id malum, & interimat etiam. Lingua eis indurescit, omnesque ad vitam linguae & vicinarum partium functiones labefactat destruitque. A sordido plerumque oritur potu; atque, teste Columella, quum frigore & cibi penuria laborant. Ut ab hoc malo praeserventur, purissimam illis aquam potandam dato. Leontinus Origanum in aqua macerabat, eamque ita bibendam offerebat. Vult autem Columella Gallinaria fumigari, & ab excrementis aliquoties repurgari.

Penna per transversas nares inserta, ac quotidie mota, ut vulgus facit, plures interficit potius. Remedia plura ad hunc morbum facientia Auctores proponunt, atque inter alios Aldrovandus, quem consule. Cum morbus altas egerit radices fortioribus indiget remediis; membrana unguibus rescindi debet, atque saniei collectiones, quae saepius circa genas & oculos oriuntur, ferro aperiri debent, ac postmodum inflictam plagam ad sanationem perducere aptis remediis oportet.

Ptiriasis morbus alter, de quo superius verba fecimus, illis accidit, quum pediculis, atque pulicibus nimium obruuntur, maximeque Gallinae *quum incubant, qui morbus illas extenuat consumitque. Sed pituita valde facilius curatur, quin imo saepenumero sibi ipsis magistrae eo se pulverando liberant. Ceterum & hoc malo affectis veteres, tum Latini, cum Graeci Geoponici remedia plura praescripsere. Multi linimento Olei e semine Lini facillime curari tradunt: Staphisagriam, & torrefactum Cuminum pari pondere cum Vino contusum Palladius proponit; si vero pennarum secreta penetraverit malum, Lupinorum decoctum laudat.*

Sunt qui proprio experimento edocti Gallinas *arena littorali, aut quod praestantius esse aiunt, cineribus saponariorum a lixivio relictis, si se pulverari permittantur, isto malo ocyus liberari referunt. Varro ab iisdem animalculis praeservatum iri tradit, si in cubilibus cum pepererint, auferatur substramen, & recens aliud subiiciatur. Epilepsia etiam* Galli *laborant, praecipue*

Vi sono alcuni, che instruiti dall' esperienza affermano, che facilmente guariscano se si fanno impolverare con arena marina, e meglio ancora con la cenere de' saponai, che avanza alle loro rannate. Varrone pretende, che si liberino da tali animaletti se finita la cova si tolga subito il letto, o altro loro posatoio, e affatto si rinnuovi. Patiscono ancora d' Epilessia, specialmente i *Capponi*, ma di questa, siccome delle altre malattie, alle quali sono i Polli e

Galli ſoggetti, quelli che abbiano queſta curioſità, potranno reſtar pienamente informati da diverſi Autori, che ne trattano, come fra gli altri è l'Aldrovando, a' quali intendiamo rimettergli.

cipue Capones; *ſed de hoc morbo, aliiſque quibus obnoxii interdum ſunt, plures ſunt Auctores, qui curioſos inſtruere poſſunt, praecipue Aldrovandus, ad quos ipſos mittimus.*

T. CCXIII. B. 1. 3. 1.

GALLO cornuto. — *Gallus cornutus.* — *Gallus cornibus armatus.*

QUello, che in queſta figura è rappreſentato, è totalmente moſtruoſo, e così ridotto per arte degli uomini. Se ſi taglieranno ad un *Gallo* adulto, e fornito di lunghi ſproni, coteſti ſproni, e tagliata la pelle del capo ad un altro *Gallo* giovine, o *Galletto*, accomodati ſieno in tal ferita, e diligentemente legati, per forza di natura gli ſi attaccano, e talmente ſi conſolidano, che formano una continuazione così eſatta di queſto nuovo corpo, come ſe la natura glieli aveſſe accordati dalla naſcita. Gli ſproni adunque in queſta maniera accomodati in capo di un Pollaſtro col creſcer di eſſo, anch' eſſi creſcono, e col tempo vengono a comparire veriſſime corna.

Si crede da molti, che il *Gallo* quando è aſſai vecchio faccia alcuna volta un uovo, e che da queſt' uovo ne naſca un Serpente, ma queſto è dimoſtrato falſo dall' eſperienza. Che poi ſia ciò uno ſpacciato error popolare, e un mero ſogno di alcuni lo prova l' inſufficienza medeſima delle parti, anzi la mancanza totale ne' *Galli* dell' organizzazione a produr ciò neceſſaria. Quantunque vi ſieno degli Autori, i nomi de' quali per riſpetto ſi tacciono che credono, e difendono queſt' uova di *Gallo*, a ſufficienza vien ciò dimoſtrato falſo da diverſe eſperienze, che furono fatte a Montpellier.

CUius picturam hic damus, monſtroſus prorſus eſt, atque hominum arte efformatus. Si Gallo *ſeniori, longioribuſque calcaribus inſtructo calcaria ipſa reſecentur, atque in alterius iunioris pulli vertice, diſciſſa arte & cultri ope prius cute implantentur, ac rite deligentur, naturae viribus adhaerent & adglutinantur ita ut unum ac continuum corpus efficiantur, nec non ut membrum a natura eidem a nativitate impertitum videantur. Hac norma calcaria illa inſerta pro aetate iunioris* Galli, *cui adiuncta ſunt, augmentum capiunt, & vera inde cornua ſimulant.*

Gallum *ad magnam praecipue ſenectutem perventum ovum quandoque parere, atque ex eodem ovo Serpentem ortum ducere aſſerunt quamplurimi, ſed falſum experientia hoc ſatis ſuperque demonſtrat. Hoc autem ut falſum magis magiſque oſtendit ipſa partium in* Gallis *ad ovum generandum inſufficientia, immo abſentia, atque ideo pro vulgatiſſimo errore, & nonnullorum ſomnio haberi id debet. Plures licet Auctores, quorum nomina veneratione tacemus,* Gallorum *ova adprobent defendantque, Monſpelii tamen inſtitutae obſervationes & experientiae fuere, quae contrarium teſtantur, atque demonſtrant.*

T. CCXIV. B. 1. 4. —

GALLO nano. — *Gallus pumilio* Aldrov. — *Gallus pedibus breviſſimis* Briſs. — *Gallus Gallinaceus pumilio* Rai. — Gall. *Le Coq nain.* — Angl. *Creeper.*

LA carne di Pollo, ſpecialmente di Pollaſtro, che non oltrepaſſi l' anno, ovvero di Cappone bene ingraſſato, ha per ſentimento univerſale il primo credito nelle menſe, e non cede punto in bontà al *Fagiano*, nè alla *Pernice*.

Il *Cappone* quantunque non differiſca in ſpecie, non oſtante da alcuni Ornitologi è ſtato deſcritto e dimoſtrato con diſegno ſeparamente. La differenza che cade in eſſo conſiſte nella qualità diverſa della ſua carne, e nel-

CArO Gallinacea, Pulli praeſertim anniculi, aut Caponis *bene ſaginati, omnium fere iudicio primum in cibis dignitatis locum ſibi vindicat, nec* Phaſiani, *aut* Perdicis *carnibus bonitate cedit.*

Capo *licet ſpecie non differat, ſeparatim a nonnullis depictus ac deſcriptus fuit. Differentia, quae intereſt unica, in carnis mutata temperie, & teſticulorum privatione, ob quam propagationi haud idoneus redditus eſt, conſiſtit. Quot enim*

nella mancanza de' genitali, per la quale è inetto alla propagazione. Quante ſpecie e varietà vi poſſono eſſer di *Galli*, tante ve ne poſſono eſſer di *Capponi*; imperocchè tutte quante le varietà de' *Galli* ſi poſſon caſtrare, e per ciò unicamente ridurſi *Capponi*. Non oſtante però ne' *Capponi* le penne del collo, e della coda ſi fanno più lunghe e grandioſe, e qualche volta anco gli ſproni divengono più lunghi che ne' *Galli*, mentre però la voce loro ſi fa più baſſa e roca. Negli uomini caſtrati però ſuccede tutto il contrario, mancando in queſti la barba, e la voce facendoſi più acuta.

I *Galli* ſi caſtrano unicamente per utile della tavola, cioè per la ſquiſitezza della carne, che mediante tale artifizio, e accomodatura mantengono oltrepaſſando ancora la tenera età, ma anzi la perfezionano di più in delicatezza, e ſapore, divenendo più graſſi. Gli antichi caſtravano i *Galli* diverſamente da noi, caſtrandoli con un ferro infuocato, come atteſta Varrone, Columella, e Plinio, e ſi può credere, che non pochi in tale operazione moriſſero, giacchè qualcuno ne muore anco adeſſo, quando qualcoſa venga traſcurata, o sbagliata nell' accomodargli col metodo noſtro. Siccome poi la norma di queſt' acconciatura è notiſſima coſa, ſtimiamo ſuperfluo il farne parola.

enim Gallorum *ſpecies, ſive varietates ſunt, totidem etiam* Caponum *eſſe poſſunt; etenim omnes caſtrari queunt, & ſola ferme caſtratione a* Gallis *differunt*. Caponibus *tamen iuba eſt maior, quam* Gallis, *& caudae pennae longiores, calcaria quoque interdum longiora, vox demiſſior & rauca. Contrarium vero in hominibus caſtratis accidit, cum iis barba non amplius exurgat, voxque acutior fiat.*

Galli *caſtrantur unice ad Menſae uſum propter carnis praeſtantiam, quam tali pacto adcomodati longius ultra primam aetatem ſervant, immo molli & ſapida addita inde pinguedine adaugent. Apud antiquos* Galli *longe alio modo, quam nunc caſtrabantur, nempe candenti ferro, ut meminit Varro, Columella, & Plinius inurebantur; ſuſpicari autem licet multos antiquitus ex inflicto illo vulnere cum candente ferro interiiſſe, uti quandoque aliqui ex noſtris moriuntur, ſi erratum aliquod in caſtratione contingat. Hodierna caſtratio, ut notiſſima, mulierculis etiam, relinquitur.*

T. CCXV. B. 1. 6. 2.

GALLO ricciuto. — *Gallus cincinnatus*. — *Gallus plumis criſpis* Barr. —. *Gallus Gallinaceus criſpus* Will. — *Gallus criſpus* Briſs. & Linn. Syſt. nat. — Gall. *Le Coq friſè*.

LA *Gallina* di Friſlandia citata dal Willughby ſi deve conſiderare per una varietà di queſta ſpecie, e ſi chiama di Friſlandia non perchè da tal Regno ſia in origine a noi venuta, ma per eſſerſi alcuni dati a credere nel vederla di piuma aſſai creſpa, poter eſſer nativa d' un paeſe aſſai freddo qual è la Friſlandia, e che l' effetto dell' increſpatura, e arricciatura delle ſue penne proceda unicamente dall' orrido freddo di quelle contrade.

La propenſione, che hanno i *Galli* nel combattere fra loro, è notiſſima coſa. Gl' Ingleſi ſpecialmente mediante una particolar maniera di cibargli, e d' inſtruirgli ſi occupano in ciò con mirabil riuſcita. Di queſti combattimenti molti ne accadono nelle maggiori Terre, non in giorni fiſſi, ma ſecondo le occaſioni, e ſecondo che vien ſtabilito da' padroni de' *Galli*. Per tal coſa ancora ſi alzano eſpreſſamente de' Teatri ſopra de' quali ſi eſeguiſcono tali ſpettacoli, a oſſervare i quali concorre da ogni parte gente infinita, e vi ſuccedono ancora grandi ſcommeſſe.

I *Galli*, che più degli altri ſono animoſi non cedono mai, ma vogliono piuttoſto reſtar morti, che darſi per vinti.

GAllina *Friſlandica Willughbeii ad varietatem hanc reduci debet, diciturque Friſlandica, non quia e Friſlandia ad nos primum certe delata fuerit, ſed quia nonnulli probabili argumento ſibi perſuaſerunt Friſlandicae eam originis eſſe, quod ſcilicet plumae frigoris vehementia per totum corpus inhorreſcentes hoc modo criſpatae videantur.*

Gallorum *pugnacitas nulli ignota eſt. Ab Anglis praecipue ad pugnam diligenti cura & exacta victus ratione ali & praeparari ſolent. Sunt autem frequentia per Oppida maiora, non ſtatutis diebus, ſed pro re nata indicta Gallorum certamina, quandocunque ſcilicet voluerint, vel inter ſe conſenſerint, qui* Gallos *alunt. Quin etiam Theatra paſſim extructa ſunt, in quibus exhibeantur huiuſmodi ſpectacula, ad quae magno numero undique concurritur. Sporſiones deinde utrinque fiunt ingentis non raro pretii.*

Galli *generoſiores cedere neſciunt, & mori quam vinci, aut ignominioſa fuga ſibi conſulere malunt.*

T. CCXVI. B. — 15. —

GALLO ſcherzoſo. — *Gallus naturae luſus.*

SOpra ogni altro genere d' Uccelli ſcherza, e varia in moſtruoſità il *Gallo*. Voglio tacere la *Gallina* petrificata, e con le penne forti come l' Iſtrice, ſtata trovata fra due muraglie, e dall' Aldrovando deſcritta, ſiccome quel *Gallo* ſtato oſservato dal medeſimo Autore in Toſcana alla Corte del Granduca Franceſco de' Medici, nel quale, oltre una particolar diſpoſizione, e conformazione, tanto di penne, che di parti, era oſſervabile una lunga coda a forma appunto de' quadrupedi. Voglio parimente tacere tutte quelle moſtruoſità d' individui, che ſono corredati di tre, o cinque piedi, o di due corpi, o più teſte, come accade alcuna volta ne' feti umani. Coſe tali ſuccedendo aſſai di rado, e da molti non eſsendo anco credute, perciò non appartengono a queſta Iſtoria voluta breve, e veritiera.

Per queſta medeſima ragione ſi tralaſciano più altre coſe attenenti all' indole de' *Galli*, ed agli uſi, e facoltà, ſpecialmente mediche, delle *Galline*, e delle uova, ſiccome nulla abbiamo creduto dover toccare dell' uſo loro relativamente alla religione, ai preſagi, ai prodigi, ai ſimboli, o miſteri, alle favole, e più altre ſimili coſe, delle quali a ſufficienza ne parlano altri.

* *SUpra reliquas certe Aves monſtrificus appellandus eſt* Gallus. *Tacebo* Gallinam *in lapideam ſubſtantiam inter parietes converſam pennis Hiſtricis inſtar horridam, & ab Aldrovando deſcriptam, pariterque* Gallum *in Aula Sereniſſimi Magni Ducis Etruriae Franciſci Medicei ab ipſo Aldrovando obſervatum, cui praeter inſolitas partium & pennarum plures conformationes longa inſtar quadrupedum erat cauda; tacebo pariter monſtroſos illos tribus, & quinque pedibus inſtructos, ſive bicorporeos, vel capitibus pluribus a nativitate, ut in foetibus humanis aliquando obſervatur, donatos. Haec ad Hiſtoriam noſtram concinnam, magiſque probatam, cum minime faciant, ut inſolita, vel quia a pluribus ut fibuloſa recipi facile poſſunt, libenter omittimus.*

Eademque de cauſſa plurima alia reticemus, quae ad Gallorum *mores*, Gallinarum *& ovorum uſus ac facultates, praecipue medicas pertinent, pariterque earumdem Avium uſus in ſacris, praeſagia, prodigia, myſtica, fabuloſa, & alia multa, quae de his dici poſſent, & apud Auctores abunde occurrunt, tacemus.*

11. GALLO e GALLINA bianca con gran ciuffo di penne in teſta. = *Gallus & Gallina alba criſta in vertice plumoſa.* = *Gallus Gallinaceus criſta in vertice plumoſa denſiſſima, & undequaque diffuſa* Rai. = *Gallina alba criſtata* Aldrov. = *Gallina villatica alba criſtata* Willugh. = *Gallus criſtatus, & Gallina criſtata* Briſſ. = *Phaſianus Gallus criſtatus* Linn. Syſt. Nat. = *In omnibus cum aliis conveniunt, praeterquam quod habeant in vertice pennas longiores, quae criſtam plumoſam efformant, nec a Gallo noſtro Patavino ſub Tab. CCIX. relatum longe differunt.*

12. GALLO e GALLINA con i piedi di cinque dita. = *Gallus & Gallina pentadactylos* Briſs. = *Gallus & Gallina domeſtica* Friſch. cum accuratis iconibus. = *Pullicenus quinque digitis in utroque pede* Aldrov. pariter cum icone, ſed minus accurata. = *Ab aliis tantum differunt digitorum numero, quae varietas monſtroſa eſt.*

13. GALLO e GALLINA di Turchia = *Gallus Turcicus & Gallina Turcica* Aldrov. Briſs. & Willugh. = *Colorum varietate & pulchritudine a noſtratibus praecipue differunt.*

14. GALLO e GALLINA d' Inghilterra. = *Gallus & Gallina Angliae.* = *Gallus Anglicanus & Gallina Anglicana* Friſch. cum accuratis iconibus. = *Gallus Anglicanus, & Gallina Anglicana* Briſs. . = *Craſſitie noſtras non antecellunt, verum altitudine ſuperant; cruribus enim & pedibus donantur, quam in aliis multo longioribus. In ceteris cum noſtratibus conveniunt.*

15. GALLO e GALLINA di Bantam. = *Gallus Banticus, & Gallina Banticana* Briſs. = *Phaſianus Gallus & Gallina Bentamenſis* Alb. cum depictis maris & foeminae iconibus, ſed minus accuratis. = *Gallus minor Banticus* Brown. = *Gallus parvulus* Bont. = *Phaſianus Gallus Puſillus* Linn. Syſt. Nat. = *Varietas haec Gallo Tab. CCXII. ſimilis eſt, habetque ut ille pedes ad digitos uſque plumoſos, ſed in latere exteriore tantum. Ab eo etiam differt pennis crurum longiſſimis, & ultra calcaneos multum extenſis. Mas audaciſſimus eſt, & libenter praelium committit contra Gallos etiamſi ſe ipſo duplo maiores.*

16. GALLO, e GALLINA di Mozambico - = *Gallus Mozambicanus, & Gallina Mozambicana* Briſs. = *Mozambicana Gallina* Nieremb. = *Gallus & Gallina carne nigra* Bont. = *Genuina ac diverſa videtur ſpecies, quae ab aliis diſcrepat non ſolum colore pennarum, quae fere in omnibus nigrae ſunt, ſed quia in hac criſta, paleae, epidermis & perioſteon nigro colore imbuuntur, ita ut cocta, in atramento elixa putetur.*

17. GALLO e GALLINA di Perſia. = *Gallus & Gallina ex Perſia* Aldrov. = *Gallus Perſicus & Gallina Perſica, ſive Gallus uropygio carens* Briſs. = *Gallus Gallinaceus, cauda ſeu uropygio carens* Rai. = *Gallus Perſicus & Gallina Perſica* Ionſt.. = *Gallus non caudatus & Gallina non caudata* Friſch. cum accuratis iconibus. = *Phaſianus Gallus ecaudatus* Linn. Syſt. Nat. = *In omnibus cum noſtratibus conveniunt; ſed uropygio & rectricibus prorſus carent.*

18. GALLO e GALLINA del Giappone. = *Gallus Iaponicus, & Gallina Iaponica; ſive Gallus pennis pilorum aemulis* Briſs. cum optima icone foeminae = *Gallina lanigera forte* Aldr. cuius iconem quoque affert, licet parum accuratam. = *Huiuſmodi Gallinae, inquit* Aldrovandus, *albae ſunt inſtar nivis, & non pennis, ſed lana ut pecus tectae ſunt.* Paulus Venetus *ſcribit in Civitate Quelinfu in Regno Mangi Gallinas inveniri, quae loco pennarum pilos habeant, ut Cati, nigri coloris, & ova optima pariant. Hanc Gallinae ſpeciem fabuloſam exiſtimat* Willughbeius, *ſed minus recte, illamque, quam pro Gallina piloſa deſcribit* Paulus Venetus, Emeu *Avem fuiſſe ſuſpicatur. Revera ſi varietas tota alba datur, nigram quoque dari nil repugnat. Species autem alba huiuſmodi pennis ſingularibus diſiunctis, & pilorum aemulis, in Muſeo Realmuriano Pariſiis aſſervabatur, & a Briſſonio deſcripta fuit. Pedes in hac ad digitos uſque plumoſi quoque erant in latere exteriore, & digitus trium anticorum extimus ad unguem uſque pariter plumoſus.*

Galli vel Gallinae aliae ſpecies, ab Aldrovando *Indicae dictae, alibi deſcriptae a nobis ſunt, praecipue ſub Tab. CCXXVIII. & CCXXIX. Excellentiſſimus, atque inclytus Eques* Daniel Farſetti *Patritius Venetus Gallinarum, Columbarum, & aliarum domeſticarum praecipue Avium innumeras ſpecies & varietates alit, aſſervatque, quas deſcribere difficile propemodum eſſet. Veneta autem Regio domeſticis Avibus propitia eſt, ſylveſtribus vero, ut Phaſianis & Perdicibus non ita, quae acclivia & ſaxoſa praecipue amant loca. Maxime autem nobiliſſimus hic Vir Botanica, & Hiſtoria naturali univerſa generoſo ac ſtudioſiſſimo animo delectatur, ſummas pro Viridariis, Ornithotrophiis, & Muſeis impendit expenſas, & in ſcientiis hiſce peritos omnes munificentiſſime diligit, atque protegit.*

19. GALLINA Padovana col becco conico diritto, lungo, e acuto, forſe ſcherzo della natura Ger. = *Gallina Patavina roſtro conico recto longiore & acuto, naturae forte luſus.* = *Hanc brevitatis ratione icone non demonſtravimus. In Geriniana autographa Ornithologia obſervatur haec Gallinae varietas, quae Florentiae olim vivebat, in toto corpore nigra, caruncularum rudimentis duobus coccineis in fronte, & criſta magna pennacea alba in vertice. Ob roſtri ſupra indicatam ſtructuram capite lateraliter declinato, ſive inflexo, alimentum legere cogebatur. Crax nigrae Linnaei, ſi ſpecies conſtans & ſylveſtris eſſet, videretur affinis.*

T CCXVII. B. 2. 15.

PAVONE maſchio, detto anco Paone. — *Pavo, vel Pavus mas.* — *Pavo longicaudus* Barr. Ornithol. — *Pavo* Geſn. Aldr. Ionſt. Rai. Willugh. & aliorum. — *Pavo, ſeu Pavus; Avis medica Varroni; Iunonia Avis* Ovidio, Rzac. — *Pavo cauda longa, plumis uropygii pulcherrimis* Brown. — A Kleinio *Avis Perſica etiam dicitur.* — *Phaſianus criſtatus* Briſs. ſp. 7. — *Pavo criſtatus* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — Gall. *Le Paon*, — Angl. *Pea-Cock.*

La femmina ha le penne aſſai meno varie, ed è tutta di un colore ſcuro, che volta al cenerino, fuorchè nel collo, e nel petto dove le penne ſono verdi, ma quelle del petto terminano in bianco. L' iride dell' occhio nel maſchio è giallognola, nella femmina piombina, e il mento di queſta è bianco.

I *Pavoni* ſi cibano di quell' iſteſſe coſe, delle quali cibanſi le *Galline*; ma infra le altre piace loro l' Orzo. Alberto diſſe, che mangiano i Serpi, onde non è maraviglia ſe dalla voce del *Pavone* reſtino queſti ſpaventati. Queſt' Uccello, a noi foreſtiero un tempo, trovavaſi ſolo alla corte de' Regi, oggigiorno dovunque, e appreſſo i contadini ancora. Linneo aſſegna ad eſſo per patria l' Indie Orientali, e particolarmente l' Iſola di Ceilan. Vien detto, che i *Pavoni* campino fino a cent' anni, e il Willughby ſi ſoſcrive a queſt' opinione.

Il maſchio, dice Columella, nella ſalacità s' aſſomiglia molto al *Gallo*, e perciò gli ſi debbono dare cinque femmine; dimodochè ſe non ne ha alcun' altra nel tempo, che una trovaſi in cova, aſſalta quella, e rompe le uova. Di queſto coſtume eſſendo dalla natura ammaeſtrata la femmina, pone il nido per quanto ella può in luogo naſcoſto. Apportano i *Pavoni* ſterminio agli orti, e guaſtano tutti i tetti. Quantunque il *Pavone* ſia belliſſimo al-

IN foemina pauca admodum colorum conſpicitur varietas. Tota fuſca eſt ad cinereum vergens, collo & pectore viridibus, apicibus pennarum in pectore albis. Oculorum iris in mare luteſcit, in foemina plane plumbea; mentum in hac totum candidum eſt.

Pavones *iiſdem, quibus* Gallinae *veſcuntur, Hordeo autem inprimis, delectantur. Albertus Serpentes a* Pavonibus *edi dixit, unde non mirum Serpentes eorum voce terreri. Peregrina origine Avis eſt: olim nonniſi Regibus, nunc ubique gentium, & ruſticis etiam familiaris. Linnaeus Indiam Orientalem, Zeylonam praecipue, pro natali ſolo iiſdem tribuit.* Pavones *vitam ad centum uſque annos (cuius ſententiae pariter eſt Willughbeius) protrahere affirmant plures.*

Maſculus, inquit Columella, Gallinaceam ſalacitatem habet, atque ideo quinque foeminas deſiderat; imo, ni adſit alia, cum qua coeat, incubantem foeminam invadit, & ova frangit, cuius rei conſcia foemina nidum quantum poteſt occultat. Maximam hortis peſtem inferunt, & tegulas tectorumque culmos evertunt. Pavo, *etſi Avis viſu pulcherrima ſit, oculorum tamen vo-*

lu-

la vista, egli è altrettanto disgustevole e incomodo per la voce, onde di esso si può dire:

Angelo appar per le dipinte penne,
Ma ladro il piè lo scuopre,
E per l' iniqua voce
Dall' Erebo venuto alcuno il tenne.

luptas plurimo aurium taedio compensatur, unde dictum fuit:

Angelus est pennis, pede latro, voce Gehennus.

Klein. pag. 112.

T. CCXVIII. B. 2. 13. 1.

PAVONE, o Paone bianco. — *Pavo albus* Gesn. Aldr. Ionst. Briss. & aliorum. — *Pavo colore albo* Rai. — *Pavo candidus* Schwenck. — Gall. *Le Paon blanc.* — Angl. *White Pea-Cock.*

QUegli occhi, o macchie, che si vedono in punta delle penne copritrici il di sopra della coda, quantunque sieno anch' esse tutte bianche, si distinguono però bene a motivo de' diversi gradi di bianco, da' quali son esse formate.

I *Pavoni* bianchi sono stati supposti da alcuni esser naturali de' paesi Settentrionali, ma ciò è contro le osservazioni. Questo genere d' Uccello è realmente Orientale, come lo devono essere anco le sue specie, e varietà. Luigi Cadamosto ci assicura aver trovati de' *Pavoni* bianchi, e in quantità nell' Isole Madere.

I *Pavoni* partoriscono fra noi cinque, o sei uova, e di rado otto, avanti il tempo di covare; e siccome covano due volte l' anno, sedici al più sono le uova che depongono in un anno. Quest' uova sono di guscio assai duro, di color bigio, che piuttosto inclina ad un color terreo chiaro, e gentilmente traforate nella superficie.

Pietro Martire racconta, che nell' Indie partoriscono venti, e anco trenta uova, ma non si sa se dentro l' anno, o in ciascuna covatura. Se le uova di *Pavone* si porranno a covare sotto la *Gallina*, insegnano gli Autori, che chi n' avrà la cura si porti spesso al covo, e le rivolti, perchè difficilmente le rivolta la Chioccia, essendo esse più grandi e gravi delle proprie, e perchè sia ciò fatto anco meglio, vogliono, che da una delle parti si segnino con dell' inchiostro; in questa maniera si potrà certamente sapere se saranno, o non saranno dalla *Gallina* state rivoltate.

MAculae, quibus tectrices caudae superiores in apice praeditae sunt, quamquam ipsae sint in toto albae, attamen paullulum apparent, quia variis efformantur albedinis gradibus.

Pavones *colore albo Septemtrionalibus regionibus peculiares fuisse nonnulli crediderunt, quod observationibus opponitur. Orientalis revera est Avis, ut reliquae omnes sunt huius generis species & varietates. In Insulis, quas Maderas appellant, plurimos albos* Pavones *nasci, Aloysius Cadamustus testatur.*

Pavones *apud nos ova quinque aut sex, perraro octo ante incubationem edunt; cum vero intra annum bis incubent, sexdecim ad summum sunt ova ab iisdem quotannis excluſa. Haec autem cortice sunt solido, cinereo colore imbuta, diluto admodum, sed ad fuscum inclinante, & punctulis in superficie leviter perforata.*

Petrus Martyr in India Pavones *aliquando ova viginta, immo triginta parere refert; an vero infra annum, vel in singulis incubationibus accidere id soleat nescimus. Si* Pavonina *ova* Gallinae *fovenda supponantur, praecipiunt Auctores, ut saepe ad cubile incubantis accedat custos, illaque, cum propter magnitudinem difficilius, quam sua a* Gallina *moveantur, manu verset, atque ut diligentius id fiat, unam partem ovorum atramento notari volunt, quoniam eo signo, an a* Gallina *conversa fuerint, nec ne manifeste diiudicari poterit.*

T. CCXIX. B. 1. 11. —

PAVONE della China maschio. — *Pavo Sinensis mas.* — *Phasianus Pavoneus* Klein. — *Phasianus Pavonicus Chinensis* Edw. — *Phasianus Pavo Sinensis* Briss. sp. 9. — *Pavo* [*bicalcaratus*] *capite laevi, calcaribus duobus* Linn. Syst. Nat. sp. 3. — Gall. *Le Paon de la Chine.* — Angl. *The Pea-Cock Pheasant from China.*

QUantunque il *Pavone* sia un Uccello bellissimo, la sua carne però è dura, asciutta, e di difficil concozione, e per questa ragione cotta che sia si conserva lungamente, e difficilmente si putrefà. Guardinsi, dice l' Aldro-

Licet Pavo *pulcherrima sit Avis, eius tamen caro durior, siccior, & difficilioris concoctionis censetur. Hac de causſa cocta longius asſervatur, difficillimeque putrescit. Caveant, inquit Aldrovandus, a* Pavoninarum *carnium esu,*

qui

vando, dal mangiar carni di *Pavone* chi fa vita ripoſata, imperocchè convengono, o almeno nuccono meno alle perſone eſercitate, e ſoltanto anco per queſti conviene quella dei *Pavoncini* più teneri. I Romani eſsendo meno delicati, e dediti alle fatiche della Ginnaſtica, e della campagna, e più ancora per ragione di grandezza ſtimavano molto la carne di queſt' animale, La carne poi de' piccoli, e piu giovani *Pavoni* ſi ſtima aſſaiſſimo anche oggigiorno, come tenera, delicata, e ſaporitiſſima, nè generalmente ſi ſa poſporre a quella delle *Pernici*.

qui quiete fruuntur; ſiquidem conveniunt, aut ſaltem minus nocent, hominibus multum ſe exercentibus, iiſque tantummodo iuniorum Pavonum, *utpote teneriorum. Romani minus delicati, ac gymnaſticis, & agrariis laboribus aſſueti, maximeque luxus ratione, plurimi huius volucris carnem fecerunt. Iuniorum vero* Pavonum *carnem teneram, delicatam & ſapidiſſimam hisetiam diebus dicunt omnes, nec* Perdicinam *ei praeferre ſciunt.*

T. CCXX. B. 1. 2.

PAVONE della China femmina. — *Pavo Sinenſis foemina* Briſs. ſp. 9. — *Phaſianus fuſcus* Klein.

SI dice la femmina della ſpecie antecedente, ma per aver la coda larga e lunga, e le penne molto belle a' occhi celeſti, e di turchino contornati, tanto nelle ale, che nella coda, i quali caratteri ſoglion mancare nelle femmine, vi è da ſoſpettare, che non altrimenti ſia una femmina, ma bensì una diſtinta varietà, e maſchio anch' eſſo.

HAbetur pro foemina ſuperioris ſpeciei, ſed ob caudam amplam & oblongam, pariterque ob pennas admodum pulchras, oculatas, cyaneo & obſcure caeruleo colore pictas in alis, caudaque, qui characteres in huius generis avibus deſiderari in foeminis ſolent, ſuſpicari recte poſſumus, non foeminam ſupraindicatae ſpeciei hanc eſse, ſed diſtinctam Pavonis *Sinenſis varietatem, maremque potius eſſe.*

† T. CCXXI. B. 1. 2. —

PAVONE del Regno di Tibet. — *Pavo Tibetanus* Briſs. ſp. 10. — Gall. *Le Paon du Tibet.*

6. PAVONE della ſpecie comune vario. = *Pavo varius* Briſs. ſp. 7. variet. A. = *Pavo varius* Friſch. cum accurata icone. = *Noſtro Tab. CCXVII. ſimilis; differt tamen genis, gutture ſuprema ventris parte, alarumque tectricibus albis.*

7. PAVONE del Giappone. = *Pavo Iaponenſis* Aldrov. & Ionſt. cum iconibus maris & foeminae, licet non ſatis accuratis. = *Pavo Iaponicus* Charlet. & Briſs. ſp. 8. = *Mas ſuperne caeruleo & viridi varius eſt, inferne leucophaeus nigris maculis inſignitus, rectricibus, ſive caudae pennis, quam in noſtrate, multo longioribus colore fuſco ad caſtaneum vergentibus, ſcapo candidiſſimo, & maculis verſus apicem tectricum, quam in noſtro maioribus, in medio aureis, dein caeruleis, marginibus viridibus. Oculorum ambitus in hoc eſt ruber, pupilla nigra, eorumque irides luteae; roſtrum cinereum, ſed quam in noſtro longius & tenuius; Pedes leucophaei. Foemina vero mare minor eſt, ventre prorſus nigro; rectricibus caudae multo brevioribus, & rectricibus viridibus,*

T. CCXXII. B. 1. 8. —

GALLO PAVONE, altrimenti anco detto Pollo d' India, e Gallo d' India, col ciuffo; in Toſcana volgarmente chiamato Tacchino, o Tacchina, e Pollo Dindo. — *Gallo-Pavo criſtatus* Briſs. ſp. 1. variet. A. — *Meleagris Gallo-Pavo criſtatus* Klein. — *Meleagris [Gallo-Pavo] capite caruncula frontali, criſtaque gulari, maris pectore barbato* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — Gall. *Le Dindon huppé.* — Angl. *Creſted Turkey.*

GLi Uccelli di queſto genere furono portati per la prima volta dalla Turchia, per quanto almeno ſi crede, e perciò furono detti *Turcheſchi*. Ora però ſono frequentiſſimi in Europa, e conoſciuti da tutti. Avendo poi queſt' Uccello gran ſomiglianza a prima viſta, e per l' indole ancora, con il genere Gallinaceo, e non poca convenienza ancora con il *Pavone*

HUius generis Aves primum e Turcia delatae creduntur, ideoque ab Anglis Turkeis *appellatae ſunt. Nunc vero in Europa paſſim notae, & ubique fere obviae factae ſunt. Eximium hunc alitem quum primo intuitu, & moribus & figura corporis, ad Gallinaceum genus pertinere videatur, communem vero cum* Pavonibus *pro-*

Per

per la grandezza del corpo, e per l' abilità, che ha di alzare, e aprire in ventaglio la coda, e come esso di godere nel guardarsela, lo hanno addimandato *Gallo-Pavone*, con vocabolo vale a dire, che ritiene e somministra l' idea dell' uno, e dell' altro genere, e che significa partecipare della natura, o delle qualità tanto del *Gallo*, che del *Pavone*.

Il *Gallo-Pavone* salvatico della nuova Inghilterra citato dal Raio, è molto più nero di colore del volgare, e molto più grosso ancora, trovandosene ivi qualcuno, che arriva a pesare 40. e 60. libbre, secondo Iosselino, che ha descritte le rarità di tal paese. Può ridursi a variare, e a divenir sì grosso per il favorevol clima di tal luogo, e per l' alimento, che vi trova; essendo certo, che anco là è dall' Affrica.

proceritatem, & caudae explicationem habeat; atque ut ipse eam admiretur, & contemplari gestiat, Gallo-Pavonis *ei nomen imposuerunt, nomen scilicet, quod* Galli *&* Pavonis *ideam servat, ipsamque Avem ab illis non alienam, sed potius de ambobus participem significat.*

Gallo-Pavo *sylvestris novae Angliae Raii vulgari nigrior est, & ab eo magnitudine insigniter differt, cum ibi reperiantur qui 40. imo 60. libras pendant teste Iosselino in rarioribus Novae Angliae. Varietatem hanc, sive potius magnitudinem adquirere illic potest ob coeli conferentiam, atque pabuli bonitatem & copiam; ceterum & Novae Angliae adventitia illa est ex Orientalibus Regionibus, ex India scilicet, aut ex Africa translata.*

è stato portato d' altronde, cioè dall' Oriente,

T. CCXXIII. B. 1. 6. 2.

GALLO PAVONE, o Pollo d' India bianco con macchie nere, o sia Pollo d' India comune. — *Gallo-Pavo albus, maculis nigris consperſus, ſive Gallo-Pavo vulgaris.* — *Gallo-Pavus* Gesn. & Schwen. = *Gallo-Pavus, ſive Gallus Indicus* Frisch. — *Gallo-Pavo* Aldrov. & Ionst. — *Gallo-Pavo, ſive Meleagris, & Numidica Avis* Willugh. — *Gallo-Pavo: Gallus Indicus: Meleagris* Charlet. — *Meleagris vulgaris* Klein. — *Meleagris verſicolor vulgaris* Barr. Ornith. — *Meleagris caudam erigens* Brown. — *Gallus Indicus vulgo: Meleagris Graecis: Gallo-Pavus* Gesnero: *Pavo-Gallus* Aldrovando: *aliis Avis Lybica, & Avis Numidica* Rzac. — *Cenchramus* Moehr. — *Gibber* Bellon. — *Gallo-Pavo caruncula in fronte donatus* Briss. sp. 1. — *Meleagris Gallo-Pavo* Linn. Syst. Nat. sp. 1.

I *Polli d' India* amano i luoghi caldi: tuttavolta allorchè sieno fatti grandi, e si sieno assuefatti sono tollerantissimi anco del freddo. I nati di corto sono però tanto delicati, e soggetti a restar danneggiati dall' ingiurie de' tempi, e de' luoghi, che non si possono rilevare e tenere senza impiegarvi molta attenzione,

GAllo-Pavones *loca calidiora amant; frigidiora tamen postquam adoleverint, iisque assueverint haud difficulter tolerant. Pulli autem admodum sunt delicati, & tenelli, atque iniuriis tempestatum obnoxii, ut non sine diligenti cura educari possint.*

T. CCXXIV. B. 1. 6. =

GALLO PAVONE, o Gallo d' India bianco con macchie bionde. — *Gallo-Pavo albus, fulvo maculatus.*

LE uova di quest' Uccello sono di guscio assai sodo, alcune volte del tutto bianche, ma in alcune specie, o varietà, esse sono di un colore di acquerello di terra d' ombra con macchie alquanto più scure. Ne genera al più quindici, cominciando a partorirle nel mese di Marzo; e dopo di aver allevato i figli, torna a generarne altrettante, e così fa per la terza volta; e la cova di esse non dura meno di 30. giorni, almeno la naturale, e ordinaria.

OVa huius cortice sunt admodum duro, interdum omnino alba, interdum colore terreo diluto, obscurioribus maculis adspersa, quod in quibusdam huius speciei varietatibus accidere solet. Ova autem ad summum num. 15. edere solet, Martio mense illa deponere incipiendo, & pullis ab hisce exclusis, atque pennis integre obtectis, iterum ova totidem parit, totidemque hisce enatis, per tertiam vicem excludere solet. Unaquaeque vero incubatio, non artificiosa saltem sed naturalis, diebus tricenis perdurat.

T. CCXXV. B. 1. 5. --

GALLO PAVONE, o Pollo d' India nero. — *Gallo-Pavo niger, vel nigricans.* — *Gallo-Pavonis ſylveſtris ſpecies, vel forte varietas?*

POſſiamo dire con l'Aldrovando, che la carne di queſti Uccelli è ſquiſitiſſima, e non indegna delle tavole de' gran Signori. I *Polli d' India* molto giovani ſono aſsai teneri, e di carne faciliſſima a digerirſi. A noi ſon portati in gran quantità dalla Romagna, e qualora ſon graſſi, e cotti arroſto gli troviamo un ſaporitiſſimo, e delicatiſſimo cibo; i groſſi poi, o più duri di rado ſi vedono ſulle noſtre menſe, almeno nelle caſe de' più facoltoſi, ſebbene molti de' noſtri confinanti, e diverſi de' noſtri ancora, aſsuefatti a più ordinarie vivande, ſieno ſoliti di mangiare giornalmente queſt' animale leſſo. Mangiandolo in queſt' ultima maniera reſta al guſto troppo dolce, meno facile a digerirſi, e capace a produrre de' flati, de' dolori inteſtinali, e la diarrea.

Acciocchè queſta carne rieſca più ſana, vuole l' Aldrovando, che non s' indugi troppo ad ammazzarlo, e che gli ſi leghino fortemente i piedi, o ſe gli attacchi un peſo, e ſi ſtropicci gagliardamente, e anco ſi batta, e queſto intendaſi egualmente buono, e utile per la carne di *Pavone*, e di altri; poichè mediante queſta faccenda ſi diminuiſce non poco la durezza della carne, e la tenacità delle ſue fibre. Celio Apicio poi vuole, che queſto Pollame ſi addobbi con molto Pepe, e altre Droghe.

GAllo-Pavonum *caro in cibis laudatiſſima eſt, & Principum epulis digna Auctore Aldrovando; iuniores enim, & Pulli ſatis teneri ſunt, & coctu faciles. Ad nos e Romandiolae terris magna copia afferuntur, & aſſatos, cum pingues ſint, in deliciis, ut ſapidiſſimos & delicatos habemus: adultiores vero & ſeniores raro in cibis ditiores noſtri admittunt, licet plurimi ex noſtris finitimis, aliique etiam apud nos vulgaribus cibis aſſueti ipſos quotidie elixos in menſis expetant. Eorum caro hoc pacto parata dulcior palato videtur, bonae coctioni in ventriculo minus apta, & ad excitandos flatus, ventris tormina, atque diarrheas obnoxia.*

Ut vero eius caro ſalubrior reddatur, praecipit Aldrovandus, ut tempeſtivius Avis iugu-letur, & ad pedes, quod de Pavonibus, *aliiſque plurimis dici aeque poteſt, pondera adiiciantur, vel perſtringantur diutius, fricenturve, & vapulent: hoc nempe ad diſcutiendam carnis duritiem, & frangendam fibrarum tenacitatem plurimum facit. Apicius inde multo Pipere aliiſque aromaticis condimentis Pullos hoſce praeparari iubet.*

T. CCXXVI. B. 1. 6. 2.

GALLO-PAVONE, o Pollo d'India nero con macchie bianche. — *Gallo-Pavo niger maculis albis conſperſus.*

I *Polli d' India*, o *Tacchini*, come da noi ſi chiamano volgarmente, ſi rilevano appunto come i *Pavoni*. Dicono alcuni, che facilmente i *Tacchini* ſi uniſcono con i *Pavoni*, e ne naſcono belliſſime varietà, la qual coſa però ſe ſia vera non ſappiamo accertarla. Il Porta nella ſua Magia naturale, fra gli altri, promette per immancabile, che dal *Pavone* maſchio, e dal *Pollo d' India* femmina ne naſca una varietà molto bella.

GAllopavonum *educatio eadem eſt, quae* Pavonum. *Aiunt nonnulli* Gallo-Pavones *cum* Pavonibus *coire & pulcherrimos ita Pullos procreare, cuius rei fides penes Auctores ſit. Io. Baptiſta Porta inter alios hanc ex* Pavone *maſculo, &* Gallo-Pavone *foemina pulcherrimam enatam generationem in ſuo de Magia naturali libro quam certiſſime promittit.*

T. CCXXVII. B. 1. 7. 1.

GALLO PAVONE del Braſile. — *Gallo-Pavo Braſilienſis* Briſs. ſp. 2. — *Alector Braſilianus* Klein. av. n. 4. — *Phaſianus fuſcus Braſilienſis* Klein av. n. 2. — *Phaſianus Braſilienſis Iacu-pema dictus* Marcgravii Rai. — *Iacu-pema* Piſ. — *Iacu-pema Braſilienſium* Willughb. — *Quan, ſive Guan Americanis* Edw. av. 13. — *Meleagris [criſtata] capite pennis erectis criſtato, temporibus violaceis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. — Gall. *Le Dindon du Bréſil.* — Angl. *The Braſilian Iacupema.*

QUeſto trovaſi ſpecialmente al Braſile. Le penne, che gli ſi vedono in fronte, le ſuol tenere abbaſſate, ma le alza per altro ſpeſſe vol-

AVis haec in Braſilia praecipue habitat. Pennas, quas in vertice gerit, depreſſas ut plurimum tenet, illaſque tamen in criſtam ſaepe ſae-

volte allorchè vuole. Alcuni individui però mancano di queſte lunghe penne ſul vertice, o ſia di queſta creſta; e queſti probabilmente ſono femmine. Il Klein riporta un *Fagiano* ſcuro del Braſile, dove è chiamato *Iacu-pema*, lo dice variegato di bianco e ſcuro, e lo fa diverſo dal *Gallo-Pavone*, o ſia dal ſuo *Alettore*; ma queſta varietà non credo poſſa naſcere, che dal ſeſſo, tantopiù che vedendoſi ſenza la creſta ne riſulta a chi l' oſſerva una ſenſibil diverſità. Edward vuole, che queſt' Uccello ſi trovi anco nell' Iſole Antille,

ſaepius erigit. Quaedam tamen hiſce longioribus in vertice pennis, ſive criſta omnino deſtituuntur: fortaſſe foeminae hae ſunt. Kleinius Phaſianum *ſuum fuſcum Braſilienſem, ſive* Iacupemam *Braſilienſium, quem colore tantum fuſco & albo tinctum dicit, diverſum a* Gallo-Pavone, *ſive ſuo* Alectore *facit; ſed ex ſimplici ſexu varietatem hanc ortam credo, praecipue cum criſtae deficientia maximam intuentibus differentiam repraeſentet. In Antillis etiam Inſulis obviam eſſe hanc Avem ſuſpicatur Edwardus.*

6. GALLO-PAVONE, o Pollo d' India tutto bianco Ger. Ornit. = *Gallo-Pavo omnino albus.* = *Hunc tum niſi coloris differentia a vulgari Gallo-Pavone differret ſupprimere cum inſequenti, ac ipſa de cauſſa, non dubitavimus.*

7. GALLO-PAVONE tutto biondo, o roſſigno, e macchiato di bianco. Ger. Ornit. = *Gallo-Pavo toto corpore flavicans, vel rufeſcens, ex albo maculatus.* = *E Romandiolae Terris, in quibus huius generis Aves abunde, & turmatim aluntur, indicatae ferme omnes varietates advectae fuere.*

T. CCXXVIII. B. 1. 7. 2.

MITUPORANGA del Braſile. — *Mituporanga Braſilienſibus* Marcgr. & Ionſt. — *Mitu, vel Metu alias ſpecies, Mituporanga Braſilienſibus* Marcgr. Rai. & Willugh. — *Mutuporanga* Piſ. — *Gallus Indicus* Sloan. *Phaſianus niger atra criſta eleganter complicata* Barr. Hiſt. — *Crax niger iride ſubfuſca, croceo ventre albido* Brown. — *Phaſianus Crax Guianenſis* Briſs. ſp. 12. — *In Mexico appellatur* Tepetototl, *in Iamaica* Quirizao, *in Africa* Ano. — *Crax nigra* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — Gall. *Hocco de la Guiane, & de Cayenne.* — Angl. *Curacao-Bird.*

IL nome di *Mituporanga*, che è Braſiliano, lo abbiamo adattato a più ſpecie di queſto genere di Uccello, o per meglio dire a più varietà di queſta ſpecie, acciocchè la differenza de' nomi non faceſſe credere alcuni di queſti Uccelli, che per poco diverſificano, come diverſiſſimi di ſpecie e di genere. I due inoltre che ſi dimoſtrano in queſte Tavole, non furono giuſtamente in principio denominati, e perciò non ſi troveranno corriſpondere a' nomi, che ſi ſono quì ora dati loro. La correzione di queſti nomi è ſtata trovata tanto più neceſſaria dopo avere eſaminate le ſpecie riferite dal Briſſon, che quì ſotto ſecondo il ſolito ſaranno da noi regiſtrate. Si deve per altro confeſſare, che tutte queſte, fuorchè la ſeſta denominata del Perù, ſono mere varietà, e che tutte convengono fra loro, poco più, o poco meno, ne' coſtumi, e nelle qualità della carne.

Gli Spagnuoli prendono queſt' Uccello per un *Fagiano*. E' più groſſo d' un *Gallo*, ed ha le penne della teſta, che formano una mitra, ma tenendole egli per il ſolito baſſe non gli ſi vedono; irritato per altro che egli ſia le ſolleva, ſiccome a ſuo piacimento le alza in qualche altra occaſione a foggia di creſta. Se ne truova qualcuno, che ha il becco di un color roſſo sbiadito, o carnicino, o anche giallo, e bianco in punta. Volentieri ſtà ſopra qualche coſa di alto, come il *Pavone*: è Uccello poi agevole, ſo molto facile almeno a farſi manſueto; e la ſua carne è molto ſaporita.

MItuporangae *nomen, quod Braſilianum eſt ad plures eiuſdem generis Aves, ſive potius eiuſdem ſpeciei varietates adcommodavimus, ne nominis differentia, Aves aliquas, quae revera vix ſpecie differunt, ut genere diverſas ſuaderet. Duae inſuper quae a nobis figuris traduntur perperam denominatae initio in Tabulis fuerunt, ideoque denominationibus in Hiſtoria minime reſpondere videbuntur. Neceſſaria autem nominis correctio fuit, aliis obſervatis ſpeciebus a Briſſonio relatis, hicque infra deſcriptis. Fatendum revera eſt omnes eiuſdam ſpeciei, praeter ſextam Peruvianam dictam, eſſe varietates, omneſque moribus iiſdem plus minus, & carnis bonitate convenire.*

Hanc pro Phaſiano *habent Hiſpani. Maior eſt* Gallinaceo, *& pennas quibus in capite veſtitur complicatas in planiſſimam quaſi mitellam gerit, ut neſciens vix eam poſſit agnoſcere, quas iraſcens, aut alia etiam de cauſſa pro lubitu in criſtam erigere poteſt. Interdum roſtrum habet colore rubro magis diluto, ſive incarnato, vel croceo, atque in apice albicans. Libenter in alto ſedet, ut* Pavo: *eſt autem mite animal, vel ſaltem facile manſueſcit; carnem denique admodum ſapidam habet.*

T. CCXXIX. B. 1. 3. 1.

MITUPORANGA Curaſſavica. — *Mituporanga Curaſſavice* nobis. — *Gallus alius Indicus* Aldrov. Rai. — *Gallus Indicus alter* Ionſt. — *Gallina Indica* Aldrov. & Willugh. — *Gallina Indica prima* Ionſt. — *Alector Curaſſaus* Klein. — *Phaſianus Crax Curaſſavicus* Briſs. ſp. 13. — Angl. *Coraſſow-Cock*. — Gall. *Phaiſan, ou le Hocco de Curaſſow*.

E' Naturale della Guiana, e particolarmente dell' Iſola di Curaſſao. E' un animale docile, e amico dell' uomo. Tirando i ſervitori per il ferraiuolo chiede da mangiare: trovando la porta ſerrata di quella ſtanza, nella quale penſa di entrare, picchia col becco. Trovandoſi ſciolto va dietro dietro al Padrone, e tornando eſſo di fuori lo riceve tutto allegro, e facendogli feſta; ſi nutriſce di biade, e d' ogni ſpecie di frumento tanto cotto in forma di pane, che altrimenti impaſtato, e di ſimili cibi. La ſua carne è buona a mangiarſi, ed è graſsa. Il maſchio è nero di colore col baſso ventre bianco, la femmina poi è bruna, colla ſola prima metà del baſſo ventre ſotto il petto bianca.

HAbitat in Guiana, & praeſertim in Curaſſoa Inſula. Mite animal eſt, & amicum homini; cibum apprehenſo domeſticorum pallio exigit; pulſatque roſtro clauſam ianuam, ubi aliquo intrare ei opus ſit. Herum autem ſequitur ſi liberum ſit, venientemque alacriter applaudenſque excipit. Alitur frumentaceis frugibus, ſeu in maſſam, ſeu in panem coctis, aliiſque ſimilibus eſculentis. Edule eſt, ac pingui carne praeditum. Mas corpore eſt nigro, imo ventre albo, Foemina vero corpore fuſco, ſuprema ventris medietate alba.

3. MITUPORANGA *Mitu*, ovvero *Mutu* de' Braſiliani. = *Mituporanga* Mitu, *vel* Mutu *Braſilienſium*. = *Phaſianus niger roſtro cinnabarino* Barr. Hiſt. = *Crax niger, criſta tota atra roſtro cinnabarino* Barr. Ornith. = *Crax niger corolla atra, roſtro rubro* Linn. Syſt. Nat. edit. 6. = *Alector Mitu, vel Mutu* Klein. = *Mutu* Piſon. *Mitu, vel Mutu Braſilienſibus dicta* Marcgr. Ionſt. Willughb. & Rai. = *Phaſianus Crax Braſilienſis* Briſs. ſp. 11. = *Corpore eſt nigro, ventre fuſco, pennis verticis apice ſurſum reflexis & criſpis. Caudam ſemper in latum movet, eamque Pavonum more explicat. Oculos habet magnos nigros, & pone aures maculam cutaceam albeſcentem ut Gallinae. Roſtrum huius coloris eſt egregie incarnati, verſus apicem tamen albicat. Corporis craſſitie Gallum domeſticum antecellit; manſueſcit facile, habitatque in Braſilia & Guiana.*

4. MITUPORANGA del Meſſico, detta ivi *Pauxi*. = *Mituporanga Mexicana* Pauxi *dicta*. = *Pauxi vocata Avis* Fernand. = *Pauxi* Nieremb. Ionſt. Willughb. Rai. & Klein. = *Gallina alia Indica* Aldrov. & Willughb. = *Gallina Indica tertia Numidica dicta* Ionſt. = *Phaſianus Crax Mexicanus* Briſs. ſp. 14. = *Gallum Gallinaceum magnitudine paullulum antecellit. Per univerſum corpus pennis veſtitur nigris ſplendentibus & ad ſubcaeruleum vergentibus. Tuberculum, non ſecus ac ſpecies a Tab. CCXXIX oſtenſa, ad baſim roſtri in fronte gerit magnum, durum, pyriforme, coloris caerulei; roſtrum vero rubicundum habet. Foemina a mare aliquantulum diſcrepat colore. Ubi enim mas niger, ibi foemina fuſca; in ceteris mari ſimilis.*

5. MITUPORANGA del Meſſico, ivi detta Hoactzin. = *Mituporanga Mexicanis Hoactzin vocata*. = *Hoactzin* Fernand. Nieremb. Ionſt. Willugh. Rai. & Charlet. = *Phaſianus Crax fuſcus Mexicanus* Briſs. ſp. 15. = *Magnitudine Gallo-Pavonem foeminam fere adaequat. Criſtam in capite geſtat concinnatam e pennis ex candido in pallidam colorem vergentibus, ſubtus vero nigris. In reliquo corpore colore eſt fulvo ad fuſcum inclinante, pectore candido-luteo, alis & cauda candido & pallenti maculatis. Pedes in hac Ave fuſci ſunt, ungues nigri, Sylveſtris eſt, Veſcitur anguibus. Vox ei eſt magna, & ululàtum quendam repraeſentat. Apparet Autumno, & inauſpicata habetur ab incolis. Vivit in calidioribus regionibus, magnaque diei parte arboribus iuxta flumina conſitis inſidet.*

6. MITUPORANGA del Perù. = *Mituporanga Peruviana*, = *Gallina Peruviana rubra* Alb. = *An Coxolitli* Fernand. Hernand. & Rai. = *Phaſianus Crax Peruvianus* Briſs. ſp. 16. = *Crax* [*rubra*] *capite caeruleſcente* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. = *Speciei a Tab. CCXXIX. demonſtratae meram ſuſpicantur varietatem* Kleinius, *atque* Linnaeus. *Magnitudine Gallo-pavonem fere adaequat, colore eſt fulvo, collo ſupremo & capite ſaturate cinereis; criſta vero in capite donatur pennis albis, apice nigris conflata. Oculis nigris, iridibus rubis, roſtro ſaturate cinereo, pedibus nigris. In Peruvio praeſertim habitat.*

T. CCXXX. B. — 18. 1.

MELEAGRIDE, o Gallina di Guinea, detta anco Numidica, o Affricana, e volgarmente Gallina di Faraone, e Gallo moro. — *Meleagris, ſive Gallina Guinea, & Numidica, ſive Africana, vulgo Gallina Faraonica.* — *Meleagris* Geſn. Moehr. Briſs. ſp. 1. — *Meleagris vel Gallus Numidicus, aut Mauritanus ſylveſtris* Geſn. — *Gallus niger maculis ovalibus & orbiculatis* Barr. Ornith. — *Gallus clamoſus maculis minoribus orbiculatis varius, criſta cornea, cauda horizontali* Brown. — *Gallus, & Gallina Guineenſis* Sloan. — *Gallina Guinea* Aldrov. Ionſt. Willughb. — *Gallina Guinea veterum, Meleagris* Rai. — *Perdix Terrae novae* Muſ. Worm. — *Gallina Africana, ſive Numidica* Geſn. — *Gallina Peregrina* Alp. — *Alector Guineenſis* Klein. — *Phaſianus*

ſianus [*Meleagris*] *vertice calloſo , temporibus carunculatis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. — Gall. *La Pintade ; Poule Pintade ; Poule de la Guinee ; & Perdris des Terres Neufves*. — Angl. *Pintado ; Guiny-Hen ; Guinea-Hen.*

E' Grande quanto una *Gallina* domeſtica , ma di collo più lungo , e più ſottile , e per la forma del corpo ſimile ad una *Starna* . La ſommità del ſuo capo è corredata di un corpo elevato, e duro come corno , e roſſeggiante di colore. Si dice, che le *Meleagridi* vivono molte inſieme , che ſono aſſai feconde , e che rilevano anco i Pulcini non propri . La femmina ſi diſtingue dal maſchio per il colore delle guance, che nelle femmine è roſſo , ne' maſchi celeſticcio .

GAllinae *vulgari magnitudine par eſt ; collo tamen longiore , & tenuiore ; figura corporis fere ut* Perdix *vulgaris . Medio vertici cornu durum ex fuſco rufum innaſcitur . Gregarias eſſe aiunt has Aves , admodum foecundas , & Pullos communiter alere etiam non ſuos . Foemina a mare diſcrepat colore genarum , quae rubrae in foemina ſunt , in mare caeruleſcentes .*

Meleagrides *revera veterum has fuiſſe validis argumentis probant nonnulli ut Bellonius ; Columella , & Plinius* Numidicas *dixit* .

Che queſt' Uccello ſia veramente la *Meleagride* degli antichi , aſſai convincentemente lo prova il Bellonio ; Columella , e Plinio lo diſsero *Uccello di Numidia* .

† T. CCXXXI. B. -- 16. 2.

MELEAGRIDE , o Gallina di Guinea , o di Faraone bianca . — *Meleagris , ſive Gallina Guinea , vel Numidica alba.*

LE *Meleagridi* riconoſcono l' Affrica per Patria , d' onde ſono ſtate traſportate . Quella di color bianco ſtata quì rappreſentata non è che una mera varietà dell' antecedente . Queſta ſpecie d' Uccello ſuol partorire le uova dal meſe di Maggio al Settembre , ſenza adoprar artifizio alcuno in formar per eſſe eſpreſso nido ; ma le depone per il ſolito in qualche maſſa di letame cavallino, o nella paglia , nel fieno , o ſopra ſimili materie , e qualche volta ancora le laſcia ſulla nuda terra , per i campi , e lungo le pubbliche ſtrade . Sono poi queſt' uova di guſcio molto duro , a ſegno che meſcolate , e battute con quelle di *Gallina* , e d' *Oca* , ſempre queſt' ultime reſtan rotte da eſſe . Sono di color d' ombra chiaro con macchie più cupe , e uniformemente diſtribuite . Per il ſolito i noſtri ne mettono inſieme 30. ovvero 40. e le fanno covare da una *Gallina* , e nati che ſieno i Pulcini gli tirano avanti cibandogli con uova di Formiche .

MEleagrides *Africam ut natale ſolum agnoſcunt , ex Africa vero in varias regiones eductae fuerunt . Candida quae hic depicta obſervatur mera eſt ſuperioris varietas . Huius ſpeciei Aves a menſe Maio ad Septembrem , uſque ſua ova , abſque ulla tutelae cura , atque nidi artificio deponere ſolent : illa enim ſaepius in fimi equini , vel palearum , & ſtipularum acervis locant , aliquando etiam ſupra aridam agrorum terram , ſecuſque publicas vias relinquit . Ova autem earum cortice ſunt ſolidiſſimo , ita ut cum ovis* Gallinarum *& Anſerum intermixta , & colliſa , haec facillime frangant . Colore ſunt caſtaneo diluto obſcurioribus maculis undique , atque uniformiter adſperſa . Triginta & quadraginta etiam horum colligunt ex noſtris nonnulli , &* Gallinae *fovenda ſubmittunt , e quibus cum pulli orti fuerint , Formicarum ovis principio eos nutriunt .*

† T. CCXXXII. B. 1. 6. 2.

MELEAGRIDE diverſa , detta Gallina d' Egitto . — *Meleagris altera Gallina Aegyptiaca dicta* Gerin. Ornith.

QUeſta ſpecie di *Meleagride* ſtata detta *Gallina d' Egitto* viveva a Verſaglies il 1728. nell' Uccelliera del Re. Le *Meleagride* devonſi allevare egualmente , che le *Galline* domeſtiche , e lo ſteſſo trattamento richiedono anco le loro uova, e i loro pulcini. Anzi quel metodo , che nell' Egitto ſi adopra per far naſcere i pulcini dalle uova di *Gallina* , ſi può dire egualmente buono , e da metterſi in pratica per far naſcere anco queſti.

MEleagris *haec* , Gallina Aegyptiaca *dicta , in Aviario Regio anno* 1728. *Verſaliis vivebat* . Meleagrides *aeque ac* Gallinae *domeſticae educari debent , earumque ova & pulli cuſtodiendi ſunt ; immo methodus , quae in Aegypto pro excludendis ex vulgarium* Gallinarum *ovo pullis adhibetur , hiſce quoque extendi poteſt* ,

De-

Democrito vuole, che posto in un guscio d' uovo alquanto sterco di *Gallina* polverizzato, e attorno attorno delle piume del medesimo animale, e collocato sopra quello e queste un uovo diritto, ed in forma, che la parte acuta sia voltata in alto, e coperto indi con altro sterco, e mosso, e rivoltato ogni due o tre giorni, perchè abbia un egual calore, in capo a ventun giorno nasca l' animale. Dice pure, che mettendo ne' gusci d' uova dell' escremento cavallino, e asinino insieme mescolato, in capo a tre giorni vi nascono de' vermi adattatissimo cibo per i nati pulcini.

Si legge, che in alcuni paesi ponendo le uova al Sole, avendole prima coperte di sottilissima piuma, nascano pure da esse dopo il determinato solito tempo i pulcini. Noi frattanto, mediante l' esperienze fatte, siamo certi, che nascono mettendo le uova nel letame di cavallo, che sia in fermentazione. Plinio ci aveva asficurati, che le uova situate nella paglia, ed esposte all' azione di un fuoco continovato, e debitamente rivoltate, felicemente nascevano. Una maniera tuttavolta più sicura, ad esempio degli Egiziani, molti anni sono fu sperimentata quì in Firenze alla Corte de' nostri Granduchi, e dipoi fu ripetuta a Livorno con ottimo successo dal Governatore allora di quel Porto il Marchese Carlo Ginori, la quale consisteva nel tener calde le uova in un Forno ordinario da Pane. La notizia di questo metodo venne a noi certamente dall' Egitto, o dalla Barberia, ne' quali luoghi una tal arte si praticava, e dove per l' esclusione de' pulcini dalle uova si risparmiavano le *Galline*. Modernamente poi il Sig. De Reaumur ha composto un trattato tutto su questo proposito, stampato a Parigi, al quale si rimettono tutti quelli, che intorno a questa cosa desiderano più circostanziate notizie.

Se mai a norma degli Egiziani volessimo far covare, e far nascere le uova, bisogna prendere una gran quantità di esse, accomodarle in alcune paniere, tramezzarle con finissime piume, in maniera che non si tocchino, e ricuoprirle ancora, se così piace, con della pollina, acciò il calore sia più facilmente ad esse tramandato, e conservato, e così aggiustate metterle in un Forno d' ordinaria struttura, essendo però necessario fino al ventesimo primo giorno, nel qual tempo sogliono, con rompere il guscio, nascere i pulcini, riscaldar di bel nuovo ogni giorno il Forno. Per quel tempo che si spende a riscaldare in tutte queste volte il Forno, le uova devono serbarsi in un qualche vicino stanzino ben custodite, e coperte

Testatur Democritus, quod si Gallinacei *excrementi portio in pulverem redacta in ovi medio cortice, antea infra tenuissimas plumas locato reponatur, indeque supra ipsum* Gallinae *ovum erectum ita aptetur, ut angustior eius pars in altum respiciat, ac novo undequaque superaddito fimo Gallinaceo, ut aequaliter vivificandum ovum foveatur, eademque hac de causa si secundo vel tertio quoque die manibus removeatur, intra vigesimam primam diem animal sive pullus orietur. Asserit insuper quod si in corticibus ovorum Equi vel Asini fimus bene mixtus reponatur, trium dierum spatio vermiculos enasci, qui pullis inde exortis aptissimum praebebunt alimentum.*

Diversis ex Auctorum colligimus libris Gallinarum *ova in nonnullis regionibus, scilicet valde Orientalibus vel Meridionalibus, exilissima tantum involuta pluma, & Solaribus radiis exposita intra supra indicatum dierum spatium felicissime excludi. Nos autem experientia duce certi sumus ab ovis in fimum equinum effervescentiam concipientem immissis pullos oriri posse. Affirmat verum Plinius ova pariter supra paleas reposita, atque ignis perenni actioni diu exposita, & revoluta feliciter germinare. Modum tamen faciliorem, tutioremque, Aegyptiorum exemplo, multis ab hinc annis hic Florentiae in Aula Magni Ducis expertus est aliquis, indeque Liburni experientiam ipsam optimo cum successu illius Portus quondam Gubernator Marchio Carolus Ginori aggressus est, iteravitque: qui modus in calefaciendis ovis pistorii furni ope consistit, atque ex voto succedit.*

Mos hic ab Aegypto, & Mauritania, aliisque Meridionalibus plagis, in quibus incolae ea utuntur methodo, & Gallinarum *auxilio pro excludendis pullis parcere solent, ad nos certo certius pervenit. Celeberrimus inde Dom. De Reaumur librum integrum circa hanc methodum Parisiis edidit, quem curiosis, ac plura de hac re scire cupientibus consulendum relinquimus. Si Aegyptiaca norma ova calefacere & fovere voluerimus, illa oportet magno numero, vimineis in cistis prius adcommodata, & tenuissima pluma circumdata, ne invicem se tangant, atque si placet Gallinacei stercoris pulvere consperſa ad calorem melius conciliandum ac retinendum, in vulgaris structurae Furnum immittere, singulisque diebus Furnum de novo calefacere, donec vigesima prima dies pervenerit, in qua ex fracta ovorum crusta pulli omnes emergere solent. Tempore autem quo Furnus novo igne fovetur, in tepido repositorio vel cubiculo ovorum cistae, cu-*

te con de' panni. A motivo di un minor incomodo, e di un utile anco maggiore si può costruire per tal faccenda un Fornello di lastra di ferro, o di rame, nel quale accomodate egualmente, che negli altri le uova in ceste, o paniere, come sopra si è detto, si potrà produrre il necessario grado di calore a forza di lampadi accese.

custodiendae sunt, straguliſque coopertae. Ratione quoque habita minoris incommodi maioriſque utilitatis, Furnunculus ex ferri, vel aeris lamina confici poteſt, & accenſarum lampadum ope, ovis ut ſupra in ciſtis adcommodatis, calefieri.

In hoc etiam Meleagridis genere varietates aliquas dari, nemo inficias ibit. Ab Albino T. II. pag. 24. depingitur Meleagridis ſpecies ſub nomine Gallinae Guineenſis, *quae pectore eſt candido, in reliquis vero ut noſtra Tabulae CCXXX. Hanc ipſam deſcribit Briſſonius T. I. pag.* 180. *appellatque* Meleagridem pectore albo, *quam ex Iamaica accepiſſe dicit. Marcgravius alias vidit e* Sierra Lyona *advectas, quarum collum circumligatum, ſeu circumvolutum erat linteamine quaſi membranaceo coloris cinerei caeruleſcentis. Caput tegebatur criſta obrotundata multiplici, pennis eleganter nigris conſtante. Punctula albicantia, quae per totum corporis ambitum diſtributa obſervabantur, quaſi umbra thalaſſina variegabantur.*

T. CCXXXIII. B. -- 18. --

GALLO di Monte minore, e volgarmente detto Gallo alpestre; Fagiano alpestre, e Fagiano nero. — *Lagopus; Urogallus minor* Klein. — *Tetro, ſeu Urogallus minor* Rai. — *Urogallus minor* Aldrov. Ionſt. Charleth. — *Tetrao minor* Friſch. — *Tetrao minor, ſeu Urogallus minor* Aldrovandi; *Grygallus minor; Tetrax; Phaſianus montanus; Gallus Betularum* Rzac. Auct. Hiſt. — *Tetrax Nemeſiano; Erythrontaon* Plinio; *Grygallus* Aldrovando & Geſnero; aliis *Urogallus minor, Tetrao minor* Rzac. Hiſt. — *Urogallus minor* Briſs. ſp. 2. — *Tetrao* [*Tetrix*] *pedibus hirſutis, cauda bifurcata remigibus ſecundariis baſin verſus albis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. — Gall. *Le Coq de Bruyeres a queve fourchue.* — Angl. *The Black game, or Grouſe, called by Turner the more-Hen.*

